



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Disputatio IV. De poenis spiritualibus haereticorum,, excommunicatione
scilicet, infamia, priuatione beneficiorum & officiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

DISPUTATIO IV.

De penis spiritualibus hereticorum, excommunicatione scilicet, infamiae, privatione beneficiorum, & officiorum.

Quia haereticus delictum gravissimum sit, merito Ecclesia illud audentes committere coherere voluit penis tum spiritualibus, tum temporalibus, tum corporalibus. De omnibus singulim dicemus.

PUNCTUM I.

Qua ratione excommunicatio, quae est prima haereticorum poena, haereticos afficiat.

- 1. Iure divino nulli esse lata excommunicatio adversus haereticos; bene tamen iure Ecclesiastico.
2. Haec excommunicatio non consistit in haereticum vitandum, quousque denunciatus sit.
3. Quod si declarares aliquem esse haereticum aliudve delictum, cui est annexa excommunicatio, commississe, quis declarares habere censuram, aliqui existimant non esse vitandum.
4. Oppositum sentit Suarez.
5. Distinctio controversia enodatur.

Quidam apud omnes haereticum esse ipso iure excommunicatum, ex cap. cum Christus in primo. c. ad abolendam. cap. excommunicatus. 1. c. de haereticis cap. non erit de sententia excommunicatae. Excommunicatio autem lata in illis casibus non erat Pontifici reservata, quae tamen in praesenti est in continuatione Bullae Coenae clausula prima. Debet autem haereticus esse signo externo manifestata. Nam pure mentalis Ecclesiae jurisdictioni non subditur, quia Ecclesia visibilis est: subditur autem quae habet haereticus externa, quantumvis occulta. Neque obstat, quod ab Ecclesia non cognoscatur, quia est per accidens, & de se cognoscibilis est. quod sufficit, ut per legem de ista puniat, quia punctum illud sub conditione, si paratum fuerit, hoc tali delicto punitur poenam ipso iure annexam, quae omnia laici examina sunt superiorum disp. p. 1. Dubitant tamen aliqui, an iure divino haec excommunicatio haereticis fuerit imposita? cui negatim respondeo, quia excommunicatio haec consistit in privatione aeterna & aeterna sacramentorum, communionis fidelium, & suffragii Ecclesiae, quibus omnibus iure divino haereticus privatus non est magis, quam si alij omnes peccatores. Aliis si iure divino is omnibus privaretur non posset Ecclesia in horum privatione se ingerere, ad vitandum excommunicatum non nominatum, nec manifestum dicitur peccatorem ad fidelium communionem, quibus antea privatus erat. Ad tempore antiquo non erat adhaerens haereticos lata ipso iure excommunicatio, sed ferenda, postquam motu fuerint, ut videtur probari ex c. si quis Episcopus, 1. q. 7. & ita tradit Ioan. Azor. tom. 1. insit. moral. lib. 8. cap. 10. q. 2. Sanchez lib. 2. cap. 9. num. 2. Valent. 2.2. quest. 11. art. 3. vers. et his testimoniis, Suarez de fide, disp. 2. 1. sect. 1. num. 4. & alij quod ipsos.

Secundo dubitant Doctores, an haec excommunicatio consistat haereticum vitandum? Hanc dubitationem supra dictam, negatim respondendo. Motus Extravagantis ad evitanda scandala, in qua omnibus fidelibus favor conceditur communicandi cum excommunicatis, qui specialiter, & expresse denunciati non fuerint, neque fuerint manifesti clerici percussores. Ergo ex vi huius favoris, & privilegii haereticus quantumvis notorius, & generaliter nominatus in Bulla Coenae, ut Leticianus vitandus non est: sic tenent Azor, lib. 8. c. 13. q. 7. Bonacina disp. 2. de censuris, q. 5. punct. 2. n. 9. Sanchez lib. 2. c. 9. n. 3. Suarez disp. 2. 1. de fide, sect. 3. n. 3. Ex quo infero licere tibi ab illo sacramenta recipere illis in casibus, in quibus licet a peccatore manifesto, quia excommunicatio non declarata non inducit specialem prohibitionem. At quia peccatum haereticus est ita execrabile, potest contingere, ut recipiendo sacramentum ab haeretico notorio, etiam si denunciatus nominatim non sit, videaris illius haeresei assenti, & tunc illum vitare debet ob preceptum naturale profitendi fidem, sic supra dicti Doctores.

Tertio dubium est, an sufficiat declarare aliquem esse haereticum; quin debeat esse excommunicatus, ut sit vitandus? Communis est dubitatio omni declarationi de peccato, cui est censura annexa, an, inquam, sufficiat illius declaratio, quin censura expresse declaratur, ut delinquent censetur declaratus?

Dubitatio autem, ut bene advertit Suarez statim allegandus, magis est speculativa, quam practica. Numquid enim iudices ita dimittunt in declaratione procedunt, ut declarent delinquentis peccatum, & non censuram excommunicationis illi annexam, sed calu, quo aliquando id coningeret; negat Sanchez lib. 2. cap. 9. n. 4. in medio, cum Nauar. missell. 4.7. de oratione, n. 2. Grassis 1. part. de eis lib. 4. cap. 11. n. 5. sine, esse sic declaratum vitandum. Moutentur, quia extravagans, ad evitanda, petit, ut censura sit declarata formaliter, & expresse; at declarato delicto non est declarata censura formaliter, & expresse, sed solum virtualiter, & in radice. Ergo. Secundo hoc decretum est laicum in animarum favorem. Ergo potius est extendendum, ut requiratur formalis, & expressa declaratio, quam limitandum, ut sufficiat implicita, & virtualis. Tertio finis, ob quem Concilium fidelibus concessit, ne tenerent vitare excommunicatos, qui nominati non fuerint, fuit, ut ex ignorantia cum excommunicatis agerent, sed declarato solum delicto esse potest, in pluribus saltem rusticis, & indoctis, eadem ignorantia. Ergo ut fiat satis intentioni Concilij, ipsamet censura debet esse expressa, & formaliter declarata. Addit insuper Sanchez non sufficere hanc censuram declarationem fieri in genere, sed requiri, ut fiat in specie, & in particulari; nam cum plures sint censurae, non arguitur ex declaratione communi, quae censura criminis sit annexa.

Constratum huius doctrine defendit Suarez de censuris, disp. 9. sect. 2. n. 10. c. de fide, disp. 2. 1. sect. 3. num. 8. Gutierrez, Henriquez, Manuel, Medina, Sotus, quos allegat Sanchez disto cap. 9. num. 4. Fundamentum praecipuum est, quia verba extravagantis solum indicant declarationem fieri personam delinquentis, quin de censura expresse mentio fiat. Inquit enim, non esse fidelibus obligationem vitandi excommunicatos, nisi sententia, vel censura, aut prohibitio contra personam certam a iudice publicata, & denuntiata fuerit formaliter, & expresse. Ergo siue sententia, siue prohibitio, siue censura publicata sit, erit decreto Concilij satisfactum. Secundo, quia hic modus dicendi est favorabilis fidei, in cuius favorem leges penales extendi solent. Deinde est fidelibus utilis, ut sic a peste haereticis liberentur. Ergo.

Ego vero censo media via procedendum esse, si enim iudex declarat Petrum haereticum esse, vel alteri crimini obnoxium, incurritque censuram illi crimini annexam: si censura excommunicationis est, esse sufficienter declaratum, ut iuxta decretum Concilij Constantiensis declaratus, & publicatus sit, secus vero, si solum delictum declaratur. Priorem partem vitra fundamenta secundae sententiae proba. Quia Concilium solum petit declarationem formalem, & expressam censuram, sed illa est expressa, & formalis declaratio censuram criminis annexam, quamvis non sit declaratio expressior, & formalior, quae esse potest. Ergo. Item ex vi illius declarationis nullus potest allegare se nescire sic declaratum censuram incurrisse. Debet ergo inquirere, quoniam sit? praesumere enim debet esse excommunicationem, quia est frequentior, maxime si delictum laici, & clericis commune sit. Secundam partem, scilicet non sufficere declarare alicuius delictum, nisi censuram declarare, sic proba, destruendo fundamentum allatum pro sententia Suarez, ipse enim ex verbis extravagantis Concilij Constantiensis inferbat sufficere declarationem cuiuscumque rei, vel delicti, vel censuram, sic enim dicit Concilium Basiliens. sess. 10. ad finem, referens hanc extravagantem Concilij Constantiensis, ad evitanda scandala, & multa pericula, subnuntiandumq; conscientis timoratis, statuit etiam, quod nemo deinceps a communione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra, praeteris cuiuscumque, sententia, aut censura Ecclesiastica, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter promulgata teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit contra personam, Collegium, Universitatem, Ecclesiam, aut locum certum a iudice publicata, vel denuntiata specialiter, & expresse. Verum ex supradictis verbis nullo modo videtur inferri declarationem delicti tantum sufficere, ut excommunicatus ratione illius publicatus, denuntiatusq; sit specialiter, & expresse. Nam sensus supradictorum verborum est te non esse obligatum abstinere a communione illius, qui per aliquam sententiam, vel mandatum, vel ratione alicuius suspensionis, aut alterius censuram prohibitus est tecum communicare, nisi talis sententia, mandatum, suspensio, censura denuntiata, publicataq; sit. Posita autem hac publicatione, & denuntiatione videris obligatus ab illius communicatione abstinere. Ex his tamen non inferretur te debere abstinere ab illo, tanquam a nominatum excommunicato, cum verba Concilij non tam de excommunicatione, quam de alia quavis sententia, & mandato, suspensione, & censura loquantur. Secundum argumentum non est firmum, aliis etiam haereticos notorios, non tamen denunciatos, deberemus vitare, quia est favor fidei, & fidelibus non parum utile. Sed hoc non est admittendum, eo quod Concilium generalem exceptionem fecerit omnium, qui publicati, denuntiatiq; non sunt. Ergo dum non adest formalis, & expressa ex-

DE ASTERIALA...

communicatorum denuntiatio, sub exceptione favorabili Concilij continentur. Adde et si in aliquo casu esset obligatio vitandi hunc hæreticum, sic confusè denunciatum esset in fidei fauorem & utilitatem fidelium: at generaliter esse non potest, quia adest semper finis, quo motum est Concilium ad illud privilegium concedendum.

PUNCTUM II.

An hæc excommunicatio ob hæresim comprehendat perseverantem in excommunicatione per annum.

- 1 Dupliciter excommunicatus esse potest, vel ob causam fidei, vel extrã.
- 2 Excommunicatus extra causam fidei, si in excommunicatione per annum perseveret, habetur pro confesso, & potest cond. m. n. r.
- 3 Debet annus computari, non à die incurse excommunicationis, sed à die declarationis. Item debet esse continuus, & toto illo tempore, cum potestate comparandi.
- 4 Potes, nihilominus probare innocentiam.
- 5 Hic autem excommunicatus extra causam fidei sic perseverans in excommunicatione, est de hæresi suspectus.
- 6 Suspicio hæc, esse levis sit, sufficit ad indicendam purgationem.
- 7 Qui dicantur excommunicati ob causam fidei.
- 8 Supradictus si per annum in excommunicatione infortuerit, tanquam hæreticus est damnandus.
- 9 Iudicis arbitrio relinquatur, quanto tempore expectare debeat post annum, ut sic hæreticum condempnet.
- 10 Quid si elapso anno contumacia comparet? Explicatur, in quo debeat condemnari.
- 11 Quid si ante anni lapsum.

1 Communiter Doctores distinguunt duplicem excommunicationem, aliam ob fidem, aliam extra fidem; cuius distinctionis meminit Abbas in cap. gravem, de pœnis, n. 7. Locat. in opere iudiciali, verbo excommunicati, num. 2. Eymet. 2. part. director. quest. 47. n. 6. & ibi Pegna comment. 72. Ignat. Lopez de Salzedo tradit. crimin. cap. 116. Farinacius de hæresi, quest. 182. §. 2. Menochius de arbitr. lib. 2. casu. 416. per totum.

2 Excommunicatus ex causa criminali, v. g. periurij, irreligionis, violationis monasterij, si per annum in excommunicatione infortuerit, habetur pro confesso, & confesso, & sic potest index ad sententiam statim procedere. Ratio est, quia illa contumacia loco propriæ confessionis succedit, & sicut ex propria confessione lis contestatur, ita ex huiusmodi contumacia: probat expressè textus in cap. rursus, cap. quicumque, 11. q. 3. & e. cum contumacia, de hæreticis in 6. tradit pluribus relictis Salzedo supra num. 4. Menochius n. 11. & 15. Farinac. n. 14. Quam conclusionem extendendam censeo ad causam civilem: nam si perseverantia in excommunicatione in causa criminali hunc effectum operatur, efficacius operari eum debet in causa civili, in qua non requiruntur ita late probationes, ac in causa criminali, iuxta l. fin. C. de probationibus. & tradit Couartruias cap. alma, 1. part. §. 7. Salzedo n. 9. Menochius supra & n. 32. esto contra teneat Ripa cap. 1. de iudicij, n. 77. Gonzalez regul. 8. cancellaria. glossa §. num. 103. cum seq. Gratian. dissectat. forens. cap. 119. num. 2.

3 Ut autem hoc verum sit, aliquas condiciones censeo observandas. Prima, annum computandum esse non à die excommunicationis incurse, sed à die, quo nominatim fuisti excommunicatus, vel taliter declaratus, quia ex illo die reputaris continere gravissimè clausas Ecclesiæ, & contumax fieri: sic relato Arnoldo A. bert. in rubr. de hæresi, num. 6. quest. 13. n. 35. docet Farinacius n. 28. Excipiunt tamen, nisi notorie excommunicatus sit, quia tunc notorietas excommunicationis pro declaratione succedit, & placet mihi, si id fieri posset: at nescio qua ratione. Nam esto delictum, & excommunicatio notoria sint, potest excommunicatus intra annum absolutionem impetrare quomodo ergo constare potest contumaciam integro anno durare, nisi sit contumacia adversus sententiam ab homine latam? Secunda conditio est, ut annus continuus sit, ex cap. cum contumacia, de hæreticis in 6. ibi, per annum, dictio enim per, continuationem demonstrat; & colligitur ex l. urbana familia §. pernoctare, ff. de verborum significat. notat Franc. in supradicto e. cum contumacia, notab. 2. Menoch. de arbitr. casu 416. n. 55. Rojas alios referens, singul. 60. n. 3. Farinac. num. 29. Seta, hinc decis. 1285. Simancas de catholice instit. tit. 14. rubr. de contumacia, n. 13. Salzedo num. 12. Tertia ut integro illo anno potuerit excommunicatus comparere, & respondere iudici; non tamen comparuit, nec respondit. Nam si impeditus sit, contumax non censetur, sic tradit Sigismund. Saccia de iudic. cap. 98. num. 27. Salzedo cap. 116. sub num. 12. versic. imò. Simancas de catholice instit. tit. 14. de contumacia, n. 10.

vbi dicit, quod qualicumque impedimenti causa excusat à contumacia, Farinacius de hæresi, quest. 192. §. 2. num. 2. Si tamen quaesit iudicem, vel satisfactionem obtulit, & absolutionem postulavit, contumax non est censendus. Locat. in iudicial. inquisit. verbo, catholica, c. 25. n. 2. sine. Farinac. alios referens, num. 11.

4 Verum etsi in excommunicatione declaratus, & per annum integrum sic perseverans nullo offenso impedimento, aut satisfactionis signo pro confesso, & confesso habeatur, non tamen impeditur, quin allegare, & probare possit innocentiam; probat textus l. 2. C. de requirendis reis, vbi banniti habentur tanquam confessi, & coniecti, & nihilominus admittuntur ad probandum innocentiam suam. Et ratio est, quia contumacia non est vera, & clara confessio, sed à iure præsumpta; sed aduersus fictam, & præsumptam confessionem probatio admittitur, ut multis docet Ioan. à Neuizan. consil. 60. n. 2. 3. & 4. Item innocentia probatio nunquam cunctis excusata, etiam si lata fuerit sententia; vt late scribit Decius cap. ex parte, el. 2. n. 7. versic. decimotertio fallit. de officio delegati, & c. quousque contra, num. 4. de probationibus. Quocirca hæc contumacia ad illum effectum efficacit, & reueletur aculator, & fictus, vel actor ab onere probandi accusationem, vel et onem à se propositam. Quia loco probationis, quam ipsi exhibere tenebantur, subrogantur ex fictam hanc excommunicati confessionem, sic Menochius de arbitr. lib. 2. casu 416. num. 36. Farinac. num. 23. in medio. Salzedo cap. 116. num. 10. cum Anton. Ripa, glossa, Innocent. & aliis. Neque obstat textus in cap. rursus, 11. quest. 3. vbi dicitur per annum infortuerit non esse audiendum, quia intelligi debet, quando pluries requisitus neglexit per annum probare suam innocentiam, tunc enim iustissime lex à probatione repellit. sic Salzedo num. 11. Menoch. num. 41.

5 Hic autem excommunicatus ex causa alia, quæ ad fidem non pertinet, & in excommunicatione per annum infortuerit, redditur de hæresi suspectus, iuxta Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de reformat. que non solum habet verum in excommunicatione lata ob causam criminalem, sed etiam civilem, quia contumacia in formis est imò maior videtur in causa civili, vt potest leuiori; & que regulariter minus retardare potest excommunicatum à comparando, quam causa criminalis. Item Concilium in supradicto decreto statuit, non solum ob causam criminalem, sed etiam civilem ferri posse excommunicationem; & statim subiungit excommunicatus quicumque si post legitimas monitiones. Sec. in durato animo censuris annexis in illis infortuerit procedi posse contra eum, tanquam de hæresi suspectum. Ergo comprehendit Concilium tam excommunicatum ex causa criminali, quam civile. sic Salzedo tradit. crimin. cap. 116. n. 12. Farinacius de hæresi, q. 192. §. 2. n. 23. Menochius n. 52. & seq. & alij.

6 Suspicio hæc leuis est: hæc sufficiens tamen ad indicendam purgationem, & cogendum excommunicatum, vt respondeat; non tamen sufficit ad torturam. sic Farinacius num. 24. Leclius Zechus in summ. 1. part. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11 n. 15. versic. ex aliis causis. Monemari. in practic. Archiepiscop. §. 47. n. 8. versic. quando reperitur. Eymet. 2. part. director. q. 47. n. 7. & ibi Pegna comment. 72. Aduertunt tamen Pegna, Farinacius, & Leclius Zechus supra, & Sigismundus Saccia tract. de iudic. cap. 98. n. 36. ex recepta consuetudine non solere Inquisitores procedere aduersus excommunicatos per annum, & amplius in excommunicatione infortuerit, nisi excommunicati fuerint ex causa fidei quia ij excommunicati ordinariis iudicibus puniendi, & coercendi remittuntur.

7 Ob causam fidei dicuntur excommunicati illi, qui fuerunt citati responsuri de fide sub excommunicatione ipso facto, & noluerunt respondere, seu comparere: hæc tamen citatio necessario supponit citatum de hæresi suspectum, & diffamatum, & non suspitione vtriusque, sed suspitione probabili, vt bene dixit Gemianus in cap. cum contumacia, de hæreticis, in 6. n. 8. versic. quaro, an propter quamlibet suspitionem. Gund. alius tractat. de hæreticis, q. 12. n. 4. Farinacius de hæresi, q. 129. n. 116. Quare si absque aliqua suspitione probabili responsurus de fide sub excommunicatione citatus & in tali excommunicatione per annum persistat, non redditur de hæresi violentè suspectus, neque vt hæreticus condemnari potest. sic Farinacius n. 26. cum Gemianio, Ioan. Andr. & Achid. ac. in supradicto cap. cum contumacia. Citati autem debet sic sus, eclus de fide cum assignatione termini ad respondendum. Non enim sufficit citatio sola neque sola assignatio termini, sed vtriusque requiritur, vt ex Hostij in cap. excommunicatus, el. 1. de hæreticis, n. 9. & 10. tradit Farinac. d. q. 192. n. 27.

8 Quod si citatus ad respondendum de fide nullo allegato impedimento, neglexit integro anno respondere, habetur pro confesso, & tanquam hæreticus est econd. mandandus, ex text. expresso in cap. cum contumacia, de hæresi in 6. vbi dicitur cum contumacia, in causa præteritæ fidei, suspitioni præsumptionem adiciat vehementem, si suspectus de hæresi vocatus verbis, vt de fide respondeat excommunicationis vinculo, pro eo quod

quod potere subterfugit, aut contumaciter se absenteat, per vos facit innotuatum, quam si per annum animo sustineat per vos facit innotuatum, quam si per annum animo sustineat per vos facit innotuatum...

9 Sed inquires, quatenus tempore post annum huius contumaciae debet iudex expectare, ut reum condemnet, seu declarata esse haereticum praesumptione iuris, & de iure? Aliquis videtur expendendum esse triennium, aut bis biennium...

10 Sed quid si elapso anno contumaciae comparat, antequam sententia pronuntiata sit, vel executioni mandata, debet tunc, ut haereticus condemnari?

Respondeo, si non solum suspitione criminis obiecti purgasset etiam contumaciam, quia ostendit se legitime impeditum fuisse, omnem effugiet poenam: sic Salzedo conclus. 5. vers. 2. Et ratio est elata, quia poena imponenda erat vel ob contumaciam, vel ob crimen obiectum: si ergo ab utroque se purgat, liberabitur a poena...

11 Quid autem si antequam labatur annus contumaciae, sic suspensus & citatus decessit?

Respondeo nullo modo esse eius bona confiscanda, neque ut haereticum damnandum, quia tunc decessit leuiter, vel vehementer suspensus, non de haeresi convictus: igitur potest condemnari: sic Simonas de catholice instr. tit. 14 rubr. de contumacia...

PUNCTUM III.

Qui possit ab excommunicatione propter haeresim incursum absolueri.

Primum est absolutioem haeresis reservatam esse summo Pontifici ratione excommunicationis illi annexae, ita ut reservatio non solum in excommunicationem, sed etiam in crimine excommunicatione affectum cadat, constat ex prima censura Bullae Coenae...

non referatur, nisi ut coniunctum cum excommunicatione, quod notandum est pro his, qui ex ignorantia censurae haeresim committunt, sic Sanchez supra dicto cap 8 n. 5. sine, & cap. 1 n. 1. Hoc proposito videndum est, quibusnam a Pontifice facultas absolventi ab hoc crimine concessa sit? Nam pluribus est haec facultas concessa...

§. I.

Expenditur facultas concessa Episcopis.

- 1 Statuitur facultas à Trident. concessa.
2 Nominis Episcopi veniunt electi, & confirmati neque necessario esse consecratos.
3 An comprehendatur Capitulum Sede vacante? Probabiliter censo non comprehendit.
4 Abbates, alioque Praelatos inferiores probabile est non comprehendit. Probabiliter oppositum.
5 Praelati regulares non comprehenduntur sub nomine Episcopi, quoad hanc facultatem: & probabiliter sententia, ex decreto, & Bulla Pi V comprehenduntur.
6 Limitat Sanchez in crimine haeresis, sed non admittitur limitatio.
7 Archiepiscopus suffraganeos absolvere potest, cum sibi subdantur.
8 Hanc facultatem exercere potest Episcopus in sibi subditos, & non in alios.
9 Episcopus absolvi potest à Confessore electo, si forte in haeresim incidat, & sibi quid possit circa religiosos expro.
10 In foro conscientiae non obligat, ut in sacramento contententia tantum concedatur absoluitio.
11 Verba, in aiaressi sua non restringunt facultatem, secundam sententiam Sanchez.
12 Probabiliter censo oppositum.
13 Censo limitanda esse, ut non possit extra diocesim absolueri.
14 Quod delictum dicatur in Trident. publicum, ut possit Episcopus ab illo absolueri.
15 Quando dicatur deductum ad forum contententium.
16 Quid si in iudicio non fuit probatum, vel fuit reus iam absoluitus.
17 Quid si fuit condemnatus? Affirmat Sanchez posse absolvi, contrarium censo probabiliter.
18 Potestatem dispensandi potest Episcopus committere generali Vicario, & speciali persona.
19 Absolutionem haeresis probabiliter esse posse committi.
20 Probabiliter esse oppositum.
21 Potestas absolventi ab haeresi, sit ne per clausulam Bullae Coenae reuocata? Negant plures.
22 Probabiliter videtur reuocatum esse.
23 Relinquitur eis potestas pro foro externo absolventi Excopte in regnis Hispaniae, in quibus non nisi cum Inquisitoribus & in tribunali.

Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. sic inquit Licet Episcopis in quibuscumque calibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, de inquentes quoscumque sibi subditos in diocesi sua per se ipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiae gratis absolueri, imposita penitentia salutari. Idem in haeresi crimine in eodem foro conscientiae, eis tamen non eorum vicariis sit permissum.

2 Nominis Episcopi, quibus haec facultas concessa est, sunt omnes illi intelligendi, qui subditos habent, quia respectu subditorum datur facultas. Quapropter debent esse Episcopi electi, & confirmati. Nam ante confirmationem iurisdictione non gaudent, non tamen est necessarium esse consecratos; imò neque esse Sacerdotes, ut possint ab excommunicatione reservata absolueri, quia non debet absolutio sacramentalis impendi. Sic alios referens, docent Cenedo ad sextum, collectanea 4. num. 3. Sanchez lib 8. disp. 2. num. 11. & lib. 2. in Decal. cap. 11. num. 3. Gutier de matrim cap 49 à num 16. Barbosa 2. part. de potest. Episc. allegat. 39. num. 2. Requiritur autem necessario, ut sint Episcopi illarum regionum, in quibus receptum est Concilium, alias ut non poterunt hac facultate: nam media receptione, & acceptatione illis conceditur; neque fas est acceptare gratias, & repellere onera. sic Barbosa num. 3. Sanchez num. 2. García de benefic. 7. part. cap. 11. num. 23. Suarez de censur. disp. 41. sect. 2. n. 6.

3 De capitulo Sede vacante est difficultas, an nomine Episcopi veniat intelligendum? Et quidem in facultate absolventi, & dispensandi circa omnes alios casus, praeter haeresim, communis est sententia comprehendit; quia haec facultas licet competat Episcopo speciali iure, & privilegio: at competit illi iure communi, & iurisdictione ordinaria: quae autem

DE
ASTRO
ALAO
TOM,
II

hic competunt, transeunt in Capitulum; vt multis allegatis docet Barboſa *ſupra num. 16. & in remiſſion. Concilii*. At de hæreſi eſt ſpecialis difficultas, eo quod Concilium Episcopis tantum non eorum vicariis abſoluenti potestatem concedat; Cum autem Capitulum iurisdictionem exerceat per vicarium deputatum, non apparet, qua ratione poſſit gaudere potestatem abſoluenti ab hæreſi. ſic docet Suarez *tom. 4. de poenitent. diſput. 30. ſect. 2. num. 4.* Ledefina 2. *tom. ſumm. tractat. 1. cap. 6. poſt. 20. conſul. diſſicult. 5.* Bonacina *diſput. 7. quæſt. 5. punct. 1.* Contrarium defendit Sanchez illo *cap. 11. num. 4.* Mouetur contrario fundamento, quia Capitulum ſuccedit Episcopo, & ſicut Episcopus poteſt delegare potestatem abſoluenti ab hæreſi, ſic potest & Capitulum. Secundò, quia Capitulum poteſt ſuffragiis maioris partis determinare hæreticum abſoluentem, & poteſt illum abſolueret. Cæterum mihi probabilius eſt nullo modo poſſe Capitulum ab hæreſi abſolueret. Mouetur, quia non poteſt abſolueret per vicarium, vt ex his, quæ de vicario Episcopi dicenda ſunt, conſtare poteſt. Neque etiam abſolueret poteſt per ſe ipſum. Nam vt per ſe ipſum abſoluit, debet delictum integrè cognoscere; cognitio autem delicti à Capitulo, iam non eſt occultum, ſed publicum. Ergo ceſſat facultas Tridentinæ, quæ ſolum eſt pro delictis occultis.

4. Quæ de Abbatibus, & aliis Prelatis inferioribus iurisdictionem ordinariam, & quaſi Episcopalem habentibus in diœceſi ſua? Negant plures habere hanc potestatem abſoluenti, quæ in Trident. Episcopis conceditur. ſic Tolet. *in ſum. lib. 1. cap. 83. num. 5. ad ſinem.* Suarez *de poenitent. diſput. 30. ſect. 2. n. 6. & de cenſuris, diſput. 41. ſect. 2. n. 7.* Garcia *de benef. 7. part. cap. 11. num. 13.* & 17. Bonacina *diſput. 7. de cenſuris. q. 5. punct. 1. n. 6.* Barboſa pluribus relatis, 2. *part. de poteſtate Episcopi, allegat. 39. num. 17.* & in remiſſion. Concilii, *verſ. Episcopis*. Concedo in collect. ad ſextum, collect. 4. n. 5. & alij mouentur, quia hoc eſt Episcopis conceſſum iure ſpeciali ob eorum dignitatem. Non ergo extendendum eſt ad alios tali dignitate carentes. Secundò quia videntur industria perſonæ eligi præcipue in abſolutione ab hæreſi, cum prohibeat aliis hanc facultatem committere. Tertio, quia hæc facultas derogat iuri communi. Ergo ex hac parte limitanda eſt, vt nonnunc Episcopis ſolum veniant intelligendi, qui propriè Episcopis ſunt. Verum eſt hoc fatiſ ſit probable; at probabilius exitimo ſupradictos Prelatos venire intelligendos nomine Episcopis, etiam in abſolutione hæreſis. Sayus *in clau. regia. lib. 6. cap. 11. num. 83. in fine* Auila *de cenſuris, 7. part. diſput. 10. dub. 6.* Henriquez *lib. 6. cap. 6. §. 1.* Flores *de Mena variat. lib. 3. quæſt. 24. num. 18.* ij enim generaliter loquuntur; at de calu hæreſis tenet Sanchez *lib. 2. cap. 11. num. 5.* Man. 2. *tom. ſumm. cap. 10. num. 9. conſul. 6.* Mouetur contrario fundamento, quia poteſtas hæc abſoluenti, & diſpenſandi in hoc decreto Episcopis conceſſa eſt iurisdictionem peccati; ſed huiusmodi Abbates iurisdictionem Episcopali gaudent, ſolumque diſſentit ab Episcopis in conſecratione. Ergo. Secundò hæc facultas eſt late interpretanda; quia eſt inſerta in corpore iuris, & ius commune conſtituit: tum quia in materia abſolutionis reducitur res ad poſſimum ſtatum, in quo nulla etiam pro crimine hæreſis erat reſeruat. Item eſt conceſſa non perſonæ, ſed dignitati, in quibus caſibus diximus latiffimam eſſe interpretationem faciendam. Ergo.

Ex his ſoluuntur contraria. Ad primum dico competere hanc facultatem Episcopis iure ſpeciali communi, & ordinario; non gratiolo, & priuilegiato. In his autem, quæ ſic competunt, lata eſt interpretatio faciendi, vt ex Abbate, & Felino docet Man. Rodriguez *q. 9. regul. tom. 1. quæſt. 61. art. 9.* Ad ſecundum nego eligi induſtriam alicuius perſonæ particularis, ſed cuiusque habentis episcopalem iurisdictionem, cum omnibus Episcopis committatur. Ad tertium iam conſtat non derogare hanc facultatem iuri communi; imò potius ius commune conſtituere.

5. Maior difficultas eſt de prelatiſ regularibus, etiam conuentualibus religionum exemptarum; an intelligantur nomine Episcopis in hac facultate abſoluenti, & diſpenſandi? Affirmat Eman. *reg. q. 9. tom. 1. quæſt. 61. art. 9.* quia ij iurisdictionem quaſi episcopalem habent, vt bene probat Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 3. num. 9.* Cæterum credo huiusmodi Prelatis hanc facultatem non competere ex decreto Trident. ſic Sanchez *lib. 1. in Decalog. c. 11. n. 7.* Garcia *de benef. 7. p. c. 11. n. 13.* vbi teſtatur à Cardinalium congregatione deciuſum eſſe. Barboſa 2. *part. alleg. 39. n. 18.* Ratio eſt, quia illis videtur ſolum conceſſa hæc facultas, qui diœceſim habent, vt conſtat ex illis verbis *pro diœceſi ſua*; ſed hi Prelati non habent diœceſim. Ergo non videntur comprehendendi in hac potestate. At eſto in facultate à Trid. conceſſa non comprehendantur, comprehenduntur tamen ex partiæ arti extenſione, quam Pius V. fecit. Nam in quodam motu proprio, relato ab Eman. Rodriguez *tom. 1. q. 9. quæſt. 61. art. 9. in ſu. ſic* habetur, quia ſacrum œcumenicum Concilium generale Trident. conceſſit Episcopis, vt abſolueret poſſent in foro animæ, ſeu conſcientiæ ab omnibus peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, *proſt ſeſſ. 24. c. 6.* habetur, ne Prior, Prouincialis, & ſuperiores Prelati dicti ordinis tam in dicta Prouincia, quam extra eam, vbilibet in

hac parte deterioris conditionis, quam clerici, aut ſeculares exiſtant, eiſdem priori conuentuali. & ſuperioribus Prelatis, *vt ipſi per ſe ipſos idem omnino poſſint in fratres, & moniales dicti ordinis ſibi ſubditos, quoad abſoluenti, & diſpenſandi huiusmodi, quam alias quaſcumque facultates eiſdem authoritate, tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgentiarum, atque etiam declaramus præſentes litteras perpetuo durare, & valere.* & ita tenet Barboſa & Sanchez *ſupra & lib. 8. de matrim. diſput. 2. n. 13.* Henriquez *ſumm. lib. 6. cap. 16. §. 8. & lib. 7. cap. 25. §. 2. & lib. 14. cap. vltim. §. 5. ad ſum.*

6. Limitat autem Sanchez *lib. 2. cap. 11. num. 7.* hanc facultatem in crimine hæreſis, cuius abſolutio ob eius grauitatem non cenſetur conceſſa, niſi exprimat: at in huiusmodi priuilegio non exprimitur, ſed ſolum exprimitur generaliter, quæ Episcopis in illo decreto conceditur. Ergo licet in illo decreto hæreſis expreſſe concedatur Episcopis, non cenſetur conceſſa Prelatis regularibus. At credo concedi; quia licet hæreſis abſolutio verbis expreſſis non concedatur, conceditur æquivalentibus, dicitur enim, vt poſſint tales Prelati in ſibi ſubditos idem omnino, ac poſſunt Episcopis, quod verum non eſt, ſi facultas abſoluenti ab hæreſi illis data non eſt, ſecundo deterioris eſſent conditionis ſubditi horum Prelatorum, quam clerici, & ſeculares Episcopis ſubiecti, quod vitare intendit Pius V. vt conſtat ex ſupradictis verbis. Sed quidquid ſit de hæc conceſſione, ceſſitum, & indubitarum eſt præcipue in Hiſpania nullo modo poſſe Prelatos etiam in foro conſcientiæ religioſos ſibi ſubditos abſolueret, ſed Inquiſitoribus remouere debere, ex conſtitutione Pauli V. quam reſert Emanuel de Vaſedemoura, *de incarnat. c. 10. & enſalmis, ſect. 3. cap. 1. num. 10.* & cuius meminit Barboſa *de poteſtate Episcopi, 2. part. allegat. 40. num. 39.*

7. De Archiepiscopo reſpectu ſubditorum ſuffraganei dicendum eſt tunc habere potestatem abſoluenti illos, cum ſibi ſubduntur. Non tamen autem, cum diœceſim ſuffraganei iure ſibi concedenti viſitat. Viſitare autem ſolum poteſt, cum caſus adeſt legitima, & probata in Concilio prouinciali, & poſtquam ſuam diœceſim plenè viſitauit, ex Trident. *ſeſſ. 24. cap. 3.* ſic tradit Sanchez *lib. 2. cap. 11. num. 6.* cum Henriquez *lib. 6. de poenitent. cap. 14. num. 9. in text. & in comment. lib. 2.* Ratio eſt, quia tunc habet iurisdictionem ordinariam ratione officij, ſic Henriquez *lib. 14. cap. 18. num. 3.* Suarez *de poenitent. diſput. 30. ſect. 2. num. 8.* Auila *de cenſuris, 2. part. cap. 7. diſput. 1. dub. 10. conſul. 5.* Barboſa 2. *part. de poteſtate Episcopi, allegat. 39. num. 19.* Bonacina *de cenſuris, diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. num. 7.* Sanchez *num. 6.* Secundò ſubduntur ſubditi ſuffraganei per appellationem metropolitano. Tertio ſi maliſioſe ſuffraganeus diſſentiat abſolutionem; in his enim caſibus poteſt Archiepiscopus ſuffraganei ſubditos à cenſuris, & ex communicationibus reſeruat abſolueret. ſic Bonacina, & Barboſa *ſupra*.

8. Secundum verbum poſitum in ſupradicto decreto eſt, *quaſcumque ſibi ſubditos*; non enim Episcopis hæc potestas abſoluenti, & diſpenſandi conceditur ad omnes ſed ad eos, qui ſibi ſubditi faciunt, ſub quorum nomine comprehenduntur omnes illi, qui aliquo modo Episcopis ſubduntur, ſue habeant domicilium, ſue ibi reſideant maior anni parte, ſue ſolum tranſeunt exiſtant; & licet in materia diſpenſantis hæc ſubiectio ita ampla non probetur multis; at in materia abſolutionis à cenſuris, & caſibus receptiſſimum eſt, ſufficere ex conſuetudine generali Eccleſiæ, & benigna ſummi Pontificis interpretatione. ſic Garcia 11. *part. de benef. cap. 10. n. 19. in 3. declarat.* Bonacina *diſput. 7. de cenſuris, quæſt. 5. punct. 1. n. 4.* Suarez *de poenitent. diſput. 30. ſect. 3. n. 3.* Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 23. num. 12.* & in Decalog. *lib. 2. cap. 11. n. 8. 9.* & 17. Barboſa 2. *part. de poteſtate Episcopi, allegat. 39. n. 4. & 5.*

9. De religioſis autem exemptis, qua ratione circa illos poteſt Episcopus exercere potestatem abſoluenti & diſpenſandi, dicit late *tract. de legib. diſput. de diſpenſat.* & ibi etiam qua ratione Episcopis ſecum diſpenſare poteſt. Solum de abſolutione ab hæreſi eſt aliqua difficultas quomodo Episcopis ex vi Trident. decreti illam impetrare poſſent, ſi in hæreſim labantur. Et ratio difficultatis eſt, quia Episcopis ſe ipſum abſolueret non poteſt, ſed id debet Confeſſarius facere ab eo eiectus; at ipſe circa crimen hæreſis non poteſt vices ſuas alteri committere, vt poſtea dicemus. Ergo neque poteſt committere Confeſſario, vt illum abſoluat. Cæterum tenendum eſt poſſe, vt deſendit Sanchez *lib. 2. c. 11. n. 11.* Barboſa *in remiſſion. Concilii ſuper hoc decreto, verbo in diœceſi ſua.* Ratio eſt, quia Confeſſor Episcopi habet reſpectu Episcopi eam facultatem diſpenſandi & abſoluenti, quæ habet Episcopus reſpectu ſuorum ſubditorum, ne Episcopis deterioris conditionis exiſteret omnibus ſuis ſubditis. Adde ex vi huius conceſſionis tam caſus occulti Pontifici reſeruat non ſunt, ſiquidem Episcopis habet potestatem illos abſoluenti, ſed cum caſus reſpectu Episcopi reſeruat non ſunt, poteſt Confeſſor Episcopi ex facultate ſua à iure conceſſa Episcopum ab illis abſolueret. Ergo.

10. Tertia particula eſt, *in diœceſi ſua*, & in foro conſcientiæ, quæ appoſita non fuerunt in facultate conceſſa ad diſpenſandum, ſed ſolum ad abſoluentum à caſibus occultis. Rationem

dem, sed solum ad absolvendum a casibus occultis. Rationem autem quare sint appositae in facultate absolvendi, & non in facultate dispensandi, dicit Barbosa allegat. 39. num. 7. esse, quia dispensandi facultas exerceri potest in absente; & ab absentibus habet, quia debet esse in sacramento Penitentiae praesentiam subditum requirit. Quod autem haec absolutio in sacramento debeat fieri, tenet Garcia de benef. 11. part. cap. 10. num. 139. afferens sic sepius declarasse congregationem Concilij Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiastici resol. 445. n. 8. Barbosa supra. Ac credo illa verba, in foro conscientiae, non spectari ad Penitentiae sacramentum, sed extra illud exerceri hanc facultatem posse, tum quia forum conscientiae non est forum sacramentale, sed solum est forum secretum conscientiam respiciens, tum quia hoc decretum est late interpretandum, ut supra dixi. Non ergo est limitandum ad forum sacramentale, & ita tenet Sanchez. l. 8. de matr. d. 34. n. 29. c. l. 2. c. 11. m. 13. Suarez de censuris, d. 41. sect. 2. n. 11. c. de fide, d. 21. sect. 4. n. 5. Navar. lib. 5. consil. tit. de privileg. consil. 11. q. 2. in 2. edit. & Garcia supra n. 138. testatur esse communem sententiam.

11. Verba autem illa, in diecesi sua, existimat Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 11. num. 17. & videtur consentire Barbosa in rursus. Concilij, super hunc locum, non esse restrictiva facultatis Episcopo concessae, sed potius quasi illius extensionis, sequidem comprehendunt subditos, qui vere subditi sunt ratione domicilij, siue existant in diecesi, siue extra, & etiam subditos, qui solum ratione transitus in diecesi commorantur. Quapropter dicit posse Episcopum virtute huius facultatis absolvere ab haeresi, reliquique censuris subditum existentem in aliena diecesi, etiam si ipse Episcopus extra diecesim existat. Assumptum probat. Nam primo requiri non potest, ut verus, Episcopus scilicet, & subditus in diecesi existat, esse enim conditioe nimis privilegij Concilij. Deinde requiri non potest, ut Episcopus in diecesi propria existat, ut subditum a censuris absolvat, quia haec absolutio est voluntariae iurisdictionis exercitium, quod vbi libet fieri potest extra subditos. Ut ergo intelligeremus Concilium hanc iurisdictionem voluntariam limitasse, verbis clarioribus vi deberet, sicuti fecit sess. 6. cap. 5. de reformat. cum dixit, nulli Episcopo licet Penitentia in alterius diecesi exercere. Tandem requiri non potest, ut subditus in diecesi propria existat, quia verba illa in diecesi sua, non possunt ad subditos referri, alius non dicitur, in diecesi sua, sed in eorum diecesi. Item Concilium apponit regulam dividendam subditos in diecesi sua; dicit enim, licet Episcopi quoscumque sibi subditos, in diecesi sua absolvere, quasi noens diecesim ad subditos referri.

12. Ceterum mihi probabilis est illa verba, in diecesi sua, limitatoria esse facultatis absolvendi, quod mihi persuadetur quia illa verba ibidem apposta in foro conscientiae limitatoria sunt, quia ex vi illorum non prodest absolutio pro foro externo. Ergo etiam sunt limitatoria in diecesi sua. Adde nulla cautela in decretis superflua debet, imo neque vna syllaba, ut recte expendit Thomas Sanchez lib. 3. de matr. disp. 46. num. 6. Sed superflua est illa verba, si potestas absolvendi non limitaretur, vel ad subditos existentes in propria diecesi Episcopi, vel ad Episcopum existentem in sua diecesi. Ergo ad vnum e duobus limitanda est. Minor probat. Nam concessa Episcopo facultate absolvendi a censuris, potest absolvere quoscumque subditum, quomodocumque sit subditus, vel ratione domicilij, vel ratione habitationis, ita vt si sit subditus ratione domicilij, potest absolvere illum vbi libet existentem, quia non amittit subiectionem, si sit subditus ratione habitationis, dum actu habitat, quia tunc est subditus. Ergo illa verba, in diecesi sua, nihil operantur. Ergo superflua sunt. Hoc autem non est dicendum. Ergo dicendum est limitationem esse facultatis absolvendi ad vnum e duobus, vel ad subditos existentes in sua diecesi, vel ad se ipsum in sua diecesi existentem.

13. Propriè haec Suarez de censuris, disp. 41. sect. 2. num. 10. c. 11. dicit limitanda esse ad subditos, quia paci, & recto regimini convenientius est, si potestas absolvendi non solum ad personas, sed etiam ad territoria limitetur. Mihi verò placet referenda illa verba in diecesi sua, ad Episcopos absolventes, & ex illis limitanda esse, ita vt Episcopus extra propriam diecesim existens non possit vi hac facultate sibi concessa, sed necessario debere exire in sua diecesi, vt uti illa possit, sic docent Henriquez lib. 14. de irregularitat. cap. 20. n. 5. Manuel 2. num. 10. cap. 6. n. 1. sine Barbosa alleg. 39. num. 7. sin. Mo- nor, quia vt dixi, illa verba, in diecesi sua, non possunt ad subditos commode referri. Et ratio congruentiae efficacius in Praetatis, quam in subditis procedit; magis enim pax, & concordia inter Praetatos offendi potest, ex eo quòd vtrarum extra propriam diecesim existens potestatem absolvendi sibi concessa, quam ex eo quòd existens in propria diecesi subditum alii existentem absolvat. Neque hoc est derogare iuri communi, & exercitio voluntariae iurisdictionis, quod vbi libet potest exerceri, sicut non est derogatio iuri communis, & facultatis absolvendi, quòd absolutio solum pro foro conscientiae proficiat. Quia cum Episcopus in his relictus nullam habere potestatem, potest Pontifex in concessione illius conditiones

Terz. de Castro Sum. Mor. Pars I.

apponere absque iuris communis derogatione; quibus scilicet facultatem concedit, & illis omnibus negat; vna autem ex conditionibus est, vt absolutio detur ab Episcopo existente in sua diecesi; sicut est, vt solum pro foro interno, & conscientiae proficiat. Quòd si veritas, quare in facultate dispensandi haec conditiones expostulatae non sunt, bene tamen in facultate absolvendi, cum vtraque facultas extrajudicialiter exerceri possit, secundum nostram sententiam? Respondeo praecipuam rationem esse voluntatem sic concedentis, finis vero huius voluntatis potuit esse, vt remedium, quod erat sufficiens, delinquentibus occultis daretur, ipsique timerent delicta patrare, & publicare; videntes non posse coram absolutionem ab Episcopis impetrare, nisi delicta occulta sint, & in foro interno, & existentibus Episcopis in diecesi.

14. Quarta particula est, vt delictum occultum sit, neque ad forum contentiosum deductum. Non desunt in praesenti, qui affirmant occultum dici, quod vere probari non potest; ac proinde conditum contra probabile. sic docet Garcia de benef. 7. part. cap. 11. num. 46. Grassi tom. 2. consil. sub tit. de homicid. consil. 2. n. 20. Gutierrez lib. 1. can. 99. cap. 13. n. 27. Man. addit. ad Bullam 5. num. 69. sine, & alij. At tenenda est communis sententia Doctorum ibi occultum distingui à notorio publico, vel famulo. Quapropter etiam delictum ab aliquibus sciat, modò non sciat, à maiori parte viciniae, vel collegij, in qua fiat ad minus decem personae, neque in iudicio sit deductum, occultum debet dici. Et ratio est manifesta; nam si nomine, occultum, delictum, quod in iudicio probari posset, intelligeretur, inutiliter expostulavit ad forum contentiosum esse deductum, cum sufficiens erat posse deductum, sic pluribus relatis docet Sanchez lib. 2. de matr. disp. 38. n. 11. c. lib. 8. disp. 34. n. 55. c. lib. 2. in Decalog. cap. 11. num. 19. cum seqq. Azor. institutionum moralium, 1. part. lib. 3. c. 10. q. 9. Bonacina de censuris, disp. 1. quasi 3. punct. 2. num. 1. Molin. de iustit. tract. 3. disp. 79. num. 6. Barbosa innumeris referens de potestate Episcopi, 2. part. allegat. 39. num. 24. Debet tamen delictum in ratione delicti esse occultum, quod aduerto, quia contingere potest aliquem excommunicatum ministrare publice sacramenta; ac non esse publicum ministrasse excommunicatione ligatum; & tunc delictum est omnino occultum, sic Sanchez lib. 8. disp. 34. num. 56. Sayrus de censuris, lib. 7. c. 3. num. 13. Saa verbo Episcopus, num. 35. Barbosa num. 26. Riccius in praxi fori Ecclesiastici, resol. 450. & alij apud ipsos. Quòd si vno loco publicum est delictum, & alibi expostulatur absolutio, vbi non timetur publicandum. Suarez de penitent. disp. 30. sect. 2. n. 2. existimat iam non esse occultum, & facultatem Concilij ad illud non extendi. Sanchez l. 2. c. 11. n. 20. cum Auila de censuris, 2. p. c. 7. d. 1. d. 11. consil. 3. oppositum affirmat, sicque assensisse vito doctissimo Salmanicae consulto. Mihi sententia Suarez maxime probatur, quia negari non potest delictum illud publicum esse, nam ad hanc denominationem sufficit vno loco publicari, sed Concilium excludit delicta publica à facultate absolvendi, & dispensandi. Item vt delictum sit ad forum contentiosum deductum, sufficit vno loco deductum esse. Ergo etiam sufficit, vt publicum sit, vno loco publicari.

15. Deductum ad forum contentiosum, tunc contingit secundum plures Doctores, cum denunciatio, vel accusatio coram legitimo iudice facta est, & reus ratione illius citatur, quia citatio est primus actus iudicij, s. in. In fit. de pona remere litigantium. glossa in rubr. C. de in ius voc. Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiastici, resol. 522. alia in 2. edit. resol. 449. Sanchez, relatis Auila & Henriquez, lib. 2. cap. 11. num. 21. Verum mihi probabilis est non dici delictum ad forum contentiosum esse plene & perfecte deductum, quovisque lis contestata sit: sic defendit Barbosa 2. part. de potestate Episcopi, alleg. 39. num. 29. sequentibus rationibus. Prima, quia forum contentiosum dici non potest, nisi inter partes super delicto commissio contendantur, negando, vel confitendo; quo actu litis contestatio etiam in criminalibus inducitur. Secundo focus contentiosus est idem ac iudicium, sed iudicium non est perfectum vique ad litis contestationem, ex resolutis per Afm. in praxi Florent. §. 1. cap. 1. num. 14. c. seqq. Lanclet. de assentat. in praxi num. 7. Peregrin. var. lib. 2. sub rubr. de iudic. n. 54. Tertio focus contentiosus non differt à lite mota, quia idem est in foro contendere, ac in eo litem mouere; at lis mota dicitur, postquam litis contestatione facta fuerit, vt probat textus in cap. ex parte 30. de verborum significat. & resoluti Maranta de ordin. iudic. p. 5. tit. c. omnia fiant durante instantia, num. 64. Surdus de aliment. tit. 5. q. 8. num. 4. Cabellutan. de cis. 15. n. 10. p. 2. Ergo delictum deductum esse ad forum contentiosum post litis contestationem dici debet, & non ante.

16. A delicto sic deducto ad contentiosum forum non potest Episcopus absolvere, neque dispensare, etiam alibi, vbi omnino ignoratur, quia vbi cumque fuerit deductum, simpliciter est deductum. Sanchez lib. 2. cap. 11. num. 21. Barbosa n. 31. & Doctores itatim allegandi. Hoc autem intelligendum est interim dum est deductum, & durat iudicium; nam si reus absolutus est, poterit tunc Episcopus absolvere, & dispensare quia tunc manet delictum occultum; neque potest

66 dici

DE
ASTRO
ALABO
TONI

dici ad forum contentiosum deductum esse cum effectu, si quidem ibidem non est probatum. Sanchez, & Barbosa *suprà* Suarez de *cenfuris*, *disp. 41. sect. 2. num. 6.* Sayrus de *cenfuris*, *lib. 7. cap. 7. num. 12.* Galis decisi. *part. lib. 1. cap. 13. num. 43.* Molin. de *iusfit. tract. 3. disp. 79. num. 8. vers. 2. & 3.* & alij apud ipsos. Quod etiam habet verum, etiam iniquis probationibus, & falsis testibus se defenderit, Suarez, Sayro, Barbosa, Sanchez *suprà*. Quia semper eadem ratio procedit, scilicet manere occultum, neque ad forum contentiosum cum effectu deductum esse. Adde idem esse dicendum, si iudicium non fuerit sententia finitum, eo quod accusator per annum tacetur, quia taciturnitas accusatoris arguit defectum probationis, & æquivaleret absolutioni: sic Barbosa *num. 34.* & allegat Sayrum *suprà* cap. 7. *num. 11.* Maiol. de *origin. lib. 3. c. ep. 17. sub num. 9.* Campan. in *diversis iuris canon. rubr. 11. cap. 23. n. 144.* Insuper si duo sint consortes eiusdem criminis, & unus tantum in iudicio deseratur, alter absolvi potest, quia eius delictum, quatenus ab ipso processit, ad iudicium delatum non est. sic Sanchez *num. 21.* cum Nauar. *lib. 2. consil. tit. de sentent. & re iudicat. consil. 2. in 2. adit.*

17 Sed quid si delictum ad forum contentiosum deductum sit, & ibi puniuntur, poterit tunc Episcopus absolvere, vel in impedimento inde proveniente dispensare? Affirmat Sanchez *in 10. n. 21.* Henriquez *lib. 1. 4. de irregular. c. 7. n. 5.* Avila de *cenfuris*, *2. p. disp. 2. dub. 7. & part. 7. disp. 10. d. 7.* Regim. *lib. 30. tract. 2. num. 29. vers. sexto.* Mouetur, quia finis Concilij in hac reservatione cessat, reservavit enim delicta publica, & deducta ad contentiosum forum; ne absolutione Episcopi impediretur satisfactio publica pro delictis publicis exhibenda; pro cessus iudicialis semel inchoatus, sed iudicio finito, & satisfactio publica exhibita, cessat hic finis. Ergo, Mihi tamen contrarium probabilis est, quia evidens est, illud delictum notorium esse, & publicum; siquidem est in iudicio probatum; ea autem, quæ sic probata sunt, notoria sunt, ut multis relatis tradit Mascard. de *probationibus*, *conclus. 1101. num. 13.* & *concl. 1295. n. 15.* Tiraquel. de *retract. lignag. §. 26. glossa 2. num. 44.* Menoch. de *arbitrar. casu 166. num. 6.* Item illud delictum est cum effectu ad forum contentiosum deductum; siquidem ibi est probatum, & puniuntur. Ergo non comprehenditur sub hoc privilegio. Probo consequentiam, quia privilegium est de delicto occulto, neque ad forum contentiosum deducto, cuius contra est tale delictum. Item absolutio, quæ in supradicto cap. conceditur, est solum pro foro conscientie; at delictum sic manifestum, & publicum non solum indiget absolutione pro foro conscientie, sed etiam pro exteriori. Ergo sub hac concessione tale delictum non fuit comprehensum; & ita tenet Suarez de *cenfuris*, *disp. 41. sect. 2. num. 5. ad finem.* & Gutierrez *canon. qq. lib. 1. cap. 3. ad finem.* Bonacina de *cenfuris*, *disp. 1. quest. 3. punct. 2. num. 2. & disp. 7. quest. 5. punct. 2. num. 5.* Barbosa *2. part. allegat. 39. num. 35.* Neque obstat ratio contraria: nam esto admitamus in illo delicto esse satisfactum intentioni Concilij negantis absolutionem delicti publici, & ad forum contentiosum deducti, non inde inferatur posse Episcopum in eius absolutione se intromittere, nisi à Pontifice fuerit concessum; cum autem sub verbis concessionis illa delicta non comprehendantur, ad illa se extendere non potest: illa enim ratio probat optime convenire vt Pontifex hanc Episcopis facultatem concedat, non tamen probat esse concessam.

18 Quorum requisitum est vt Episcopus absolutionem à casibus reservatis, per se vel per suum vicarium ad id specialiter deputatum concedat; in crimine autem hæresis per se, & non per vicarium. Circa quæ verba adverte in facultate dispensandi non esse appositum, vt per vicarium dispensationem concedat Episcopus. Ex quo silentio non levis controversia inter Doctores orta est, an liceat Episcopis vicario committere dispensationes irregularitatis, & aliorum impedimentorum, sicuti potest & absolutionem à casibus reservatis? Alij affirmant, quia est potestas commissa non personæ, sed dignitati; alij negant, quia virtualiter restricta fuit potestas dispensandi ad solum Episcopum, ex eo quod potestas absolventi ipsi, & non vicario concedatur. Constitutio enim ambigua in vna parte, ex alia declarari debet. Ergo cum in secunda parte illius constitutionis appositum extensionem ad vicarium, & in prima omiserit, tacite limitavit, ne vicario talis potestas concederetur. Neque deest ratio differentie, quare vicario permittatur potestas absolventi, non autem dispensandi, quia absolventi potestas magis necessaria est ad salutem animarum. Propter hæc Barbosa *alleg. 39. num. 14. fine.* non audeat iudicium ferre in hac causa. At ego nixus autoritate Sanchez, Nauar, & Suarez statim allegandi, iudico potestatem dispensandi committi posse cuilibet vicario generali delegato, & cuilibet etiam speciali personæ, quia cum sit potestas iure communi dignitati Episcopali competens, non est cur delegabilis non sit. Neque ex eo quod in secunda parte illius decreti commissa sit potestas absolventi Episcopis, aut eorum vicariis specialiter deputatis; arguitur bene potestatem dispensandi solis Episcopis competere, neque alijs delegari posse; quia ad re-

strictionem aliquam concedendam aduersantem iure communi clariora fundamenta debent esse. Sensus igitur est. Potestas dispensandi irregularitatis, & suspensionibus concessa Episcopis, est ita illis concessa, vt possint non solum suo vicario specialiter delegare, sed etiam alteri. At potestas absolventi à casibus reservatis, cum animarum salutem immediatius respiciant, non alteri, quam vicario ad id specialiter deputato delegari potest; potestas verò absolventi ab hæresi, quia grauior est, neque etiam huic vicario delegabilis est. sic Sanchez de *matrim. l. 2. disp. 40. n. 17.* & *lib. 2. in Decal. c. 11. n. 25.* Suarez de *cons. disp. 41. sect. 2. n. 8.* Nauar. *consil. 11. tit. de privileg. n. 4.*

19 Difficultas ergo est, an absolutio hæresis committi ab Episcopo possit alicui? Affirmat Sanchez *l. 2. c. 11. n. 25.* cum Nauar. *l. 1. consil. 1. de constit. consil. 1. q. vlt. n. 89.* & *l. 5. consil. tit. de privileg. consil. 11. q. 2. & 3.* Eman. Saa verbo *Episcopus*, *n. 37.* Azor. *tom. 1. lib. 8. instit. mor. cap. 10. quest. 11.* Cordub. *sum. q. 91.* Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 7.* Eman. Rod. *qq. regul. quest. 30. art. 11.* & in *explicitis. bullæ*, *§. 9. n. 79. fine.* & in *addition. §. 9. num. 69.* Probatur, quia potestas hæc absolventi ab hæresi commissa est Episcopis præsentibus, & futuris in perpetuum; sed quando aliquid sic conceditur, non eligunt industria personæ, sed officij, & dignitatis, vt optime tradit Tal. in *l. more maior. m. 6. §. ff. de iurisf. om. iud.* Menoch. de *arbitr. lib. 1. quest. 64. num. 17.* Gregor. *Lop. leg. 37. sum. tit. 1. d. p. 3.* Ergo de se delegabilis est. Sed ex supradictis verbis Concilij hæc delegandi potestas non ita restringitur, & limitatur, vt nullo modo delegari possit. Ergo Minorum probat. Nam Concilium solum exclusit vicarium ad id specialiter deputatum, sed hoc intelligi potest de vicario specialiter deputato ad casus hæresis contingentes, non de vicario specialiter deputato ad vnicum casum tunc oblatum. Ergo ille quasi generalis vicarius erit exclusus, non autem hic specialissimus.

20 Nihilominus est supradicta sententia probabilis sit, ac longe probabilior est omnem vicarium esse exclusum, & proinde non posse Episcopum per alium, quam per se ipsum ab hæresi absolvere, sic tradit nos Molina *tract. 5. de iust. d. 18. num. 2.* Cuiet. *lib. 1. canon. qq. cap. 13. n. 29.* Garcia *11. p. de benef. cap. 10. num. 113.* Lorca *2. 2. disp. 45. num. 11.* Suarez de *pœnit. disp. 30. sect. 2. num. 9.* & *de fide disp. 21. sect. 4. num. 8.* Mouetur, quia in hac absolutione ille vicarius est exclusus, qui admittit fuit in absolutione à reliquis casibus reservatis, vt videtur ex contextu constare, sed pro reliquorum casuum absolutione, quilibet vicarius, siue generalis, siue specialis, deputari potest; vt etiam ipse Sanchez admittit. Ergo pro absolutione hæresis quilibet erit exclusus. Adde dictionem *vicariis* appposita ante vicarium excludit, & dicitur tantum appposita Episcopis ad eorum personas potestatem restringit, alias si alijs liceret, non Episcopis tantum, sed etiam eorum vicariis specialissimis licitum esset, contra verba Concilij quæ absoluta sunt. Neque in hac restrictione committitur vlla derogatio iuris communis. Siquidem Episcopi non habent à iure communi potestatem absolventi à reservatis Pontifici. Cum ergo eis tribuitur talis facultas limitari, contrafactus poterit à Pontifice, vt solum ipsis proficiat, non alijs, quod non est Episcoporum iuri derogare, sed beneficium limitatè concedere. Adde si Episcopi non conceditur, vt possint delegare alicui facultatem generalem absolventi ab hæresi, sicuti non audent contrarie sententia Doctores concedere, quia iam iste esset Vicarius generalis, qui à Concilio est exclusus. Non videtur, qua ratione sit necessarium delegare potestatem absolventi ab aliquo casu hæresis contingente, quia si prudenter Episcopus procedat, non potest hanc potestatem delegare, nisi instructus sit esse causam sufficientem ad delegandum? cum autem de causa requisita ad delegationem illam speciale instituat, instrui potest de causa requisita, & contentiente ad tollendam censuram. Ergo poterit ipse etiam reo absente censuram tollere, qua sublata inanet peccatum hæresis non reservatum, & à quolibet confessore approbato absolventum.

21 Restat vitio in inquirendum, an hæc facultas Episcopis concessa per Trident. absolventi à casibus Pontificiis, & specialiter ab hæresi sit reuocata per Bullam Cæmæ in illa vltima clausula, in qua sic habetur. Ceterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, neque etiam tunc, nisi de stando Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui potest, etiam prætextu quorumvis facultatum, & indulgentiarum, quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularium, & quorumvis ordinum etiam mendicantium, ac militarium, regularibus etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorum monasteriis, conventibus, & domibus, ac Capitulis, collegiis, confraternitatibus, congregationibus, hospitalibus, & locis pijs, nec à laicis etiam imperiali, regali, & alia munda excellentia fulgentibus, per nos, & dictam eadem, ac eiusvis Concilij decreta, verbis literis, aut alia quacumque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum. Et additur excommunicat o aduersus eos, qui hæc absolventi præsumpserint. sic Gregor. XV. & Urban. VIII. suis Bullis.

Non

Non desunt plures auctores, qui affirmant ex vi huius clausulae non reuocari Episcopis facultatem absoluedi concessam in Trident. sic docet Bannes 2. 2. q. 11. art. 4. dub. 2. post. 2. concl. art. 3. & ibi Arag. art. 3. Nauart. sum. lat. cap. 27. n. 260. & l. 5. consil. de priuileg. consil. 11. qu. 1. Gutier. qq. canon. in poster. lib. 1. cap. 13. ad finem. Henriquez lib. 6. de penit. c. 14. n. 7. Lopez. 2. 2. disp. 45. num. 10. reputat probabiliem Suarez tom. de cen. ca. 2. 2. disp. 45. num. 5. & alij plures, quos referunt Sanchez, & Barbosa in secunda sententia allegandi. Praecipuum fundamentum est, quia correctio iuris vitanda est, quoad fieri potest, sed absque correctione iuris Trident. stare potest clausula Bullae reuocans facultates, quibus absoluedi impendi poterat. Ergo affirmandum est clausulam Bullae supradictam Trident. facultatem non reuocare. Minorem probat. Primò, quia Bulla solam dicit, *ut nullus possit absolui praetereu quorumcumque privilegiorum, qua Episcopi, conuentibus, & aliis concessa sint per Sedem Apostolicam.* at qui ab Episcopis absolui incedit, non incedit absolui praetereu alicuius priuilegij à Sede Apostolica concessi, vt dicit Bannes, fed praetereu auctoritatis à Christo Domino datur. Ergo, Secundo, quia Bulla optimè potest intelligi de peccatis publicis, & de absoluteione, quae non solum pro foro conscientiae, sed etiam externo proficit, siquidem nihil in Bulla habetur, quod cogat nos de peccatis occultis, & de foro conscientiae reuocationem intelligere, sensus ergo Bullae est, vt nullus possit absolui, absoluteione proficiente in foro externo, vel à peccatis publicis praetereu priuilegiorum, &c. Quòd si hoc modo intelligatur, manet integrum Trident. decretum, Nam Trident. concedit solum absoluedionem casus occultis, & pro foro conscientiae. Ergo si Bulla reuocat casus publicos, & absoluedionem proficientem in foro externo, non immutat, nec corrigit decretum Trident. Ergo haec explicatio sustinenda est, vt uis correctio uideatur, Tertio, lex generalis praecipue correctoria, etiam si posterior sit, limitanda est ad specialem antecedentem, vt late probatur *tratt. de leg. ibi.* Ergo haec lex correctoria Bullae, quae generalis est, imitatur, & coarctari debet per specialem Trident. Quare non obtinet clausula reuocatoria Bullae Contra manet integrum priuilegium in Cruciatu concessum penitentibus, vt semel in vita possint absolui à quolibet Confessore approbato à quibuslibet peccatis, & censuris, &c. Ergo etiam poterit integrum manere priuilegium Episcopis concessum in Trident. non obstante clausula reuocatoria. Quorum fundamentum est, quia non est euidens Bullam Contra supradictam facultatem reuocare, vt ex supradictis constat, sed absque euidencia reuocationis nemo tenetur de iure proprio spoiliare. Ergo non debent Episcopi re reputare sponlios hac facultate absoluedi absque Episcopi notitia. Quòd si dicas constare euidenter esse reuocatum hanc facultatem Episcopis non ex verbis Bullae praesice, sed ex illis iuncta Pontificum declaratione. Respondere possumus de declaratione nobis authenticè non constare. Nam etiam plures Doctores eam funder, ex fama, & opinione loquuntur. Item indigebat talis declaratio speciali promulgatione, vt vim legis reuocantis haberet, aliàs nos ardeat non potest.

21. Ceterum tenenda est, vt longè probabilior contraria sententia, scilicet per clausulam Bullae Episcopis reuocatum esse facultatem absoluedi ab haeresi, reliquique ibi contentis sic Suarez de penitent. disp. 30. sect. 2. num. 11. & de censuris disp. 21. sect. 3. num. 5. Pegna director. 3. parte. comment. 141. post. qu. 2. versic. penultim. ubi testatur iuxta hanc opinionem in summo generali inquisitionis praetorio sepe pronuntiatum esse, Tunc de uisitat. lib. 2. cap. 31. num. 5. & c. 23. n. 4. Marc. Anton. Genueni. in praxi Archiepiscop. Neapolis. cap. 67. num. 10. in prima editione, ubi testatur, Gregorium XIII. & Clementem VII. sic declarasse. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 19. q. 3. & cap. 10. quast. 10. & affirmat se audiuisset à religioso, docto, & hie digno sic declarasse Clement. VII. Pro hac parte extant etiam authentice declarationes Cardinalium, testatur Nicolaus Garcia 11. part. de benefice cap. 10. num. 122. & Suarez supra, & hanc esse sequendam innumeris referens firmat Barbosa 2. part. de potestate Episcopis allegat. 40. n. 25. & in remissionibus Concilij verso & in haeresi erimatis. Sanchez lib. 2. Decalog. c. 11. sine Farinacius de haeresi. qu. 192. num. 61. Bonacina disp. 1. de censuris, quast. 3. punct. 2. num. 1. versic. 1. quos ne fastidio sum omisso. Praecipuum fundamentum, quo mouetur, est tantorum uitorum auctoritas, quae in re morali magni habenda est, nec delenda ob excoGITATAS, & parum firmas distractiones. Quòd si huic auctoritati efficax ratio accedit, omnino sequenda est. ratio autem ea est. Negari non potest priuilegium à Concilio concessum Episcopis derogari posse à Pontifice, sed ex supradictis Bullae uerbis colligitur satis fuisse derogatum Ergo, Minorem probat. Nam Pontifex prohibet, ne detur absoluedio haeresi, & reliquorum casuum in Bulla contentorum praetereu priuilegiorum, quae Episcopi, religiosi, conuentibus, &c. concessa sunt à Sede Apostolica etiam decreto alicuius Concilij. Sed nullum Concilium, nisi Trident. hanc facultatem absoluedi ab haeresi, reliquique casibus reuocari concessit. Ergo hanc facultatem, quae in hoc Concilio conceditur, intendit Pontifex reuocare, aliàs superfluum uerba illa alicuius Concilij. de Castro Sum. Mor. Pars I.

lij decreta. Neque dici potest reuocare facultatem absoluedi à casibus publicis, & pro foro externo, quia haec non est data à Concilio, praecipue cum reseruatio non tam pro foro externo, quam pro foro conscientiae facta est, siquidem solum permittitur in articulo mortis absoluedionem praestari. Alij uero probant hanc conclusionem ex eo, quòd non uideatur necessarium ad derogandum priuilegiis, & constitutionibus Trident. illius fieri expressam mentionem; siquidem ipsum Trident. sess. 25. cap. 21. in fine Concilij excipit auctoritatem Pontificis in suis decretis, dicitque se uelle, vt robur habeant, dum Pontifici placuerit, & non ultra, inquit enim sancta Synodus omnia, & singula sub quibuscumque clausulis, & uerbis, quae de morum reformatione, atque Ecclesiastica disciplina, tam sub feruicis recordationis Paulo III. ac Iulio IV. quam sub beatissimo Pio I V. Pontificibus maximis, in hoc sacro Concilio statuta sunt, declarat ea decreta fuisse, vt in hi. salua semper auctoritas Sedis Apostolica sit & esse intelligatur. Ergo cum Pontifex suam auctoritatem interponit, ne uis ab haeresi, reliquique in Bulla contentis absoluat, non debet dici reuocare priuilegium in Trident. concessum, sed ipsum Trident. priuilegium cessare, quia cessauit conditio, sub qua fuit concessum. Verum haec ratio, quam aliqui magni faciunt, meo iudicio non concludit. Admitto non reuocari decreta Trident. quoties Pontifex suam auctoritatem in contrarium interponit, sed cessare ex condicione in ipsis decretis apposita. At hoc opus, hic labor est, quando censetur Pontifex suam auctoritatem in contrarium interponere, & credo nunquam censeri, nisi id uerbis expressis, & mentionem facientibus dicti Concilij, saltem in genere exprimat, vt latius diximus, cum de reuocatione legis, & priuilegiorum egimus.

23. Verum etiam Episcopi non possunt in foro conscientiae haereticos penitentes absolue, iuxta magis receptam, uetiorumque sententiam; at possunt in foro externo eos absolue, & Ecclesiae reconciliare, illisque penitentiam iniungere, quae absoluedio illis procedit in foro interiori, probat expresse textus in cap. ut officium, in princ. versic. si uero, de haereticis in 6. illis uerbis, absoluedio beneficium impendatur, & iniungatur eidem, quod iniungi talibus consueuit, & ita tradit Archidiacon. ibi num. 1. uerbo impendatur. Ioan. Andr. num. 1. Gemin. num. 2. sine glossa in cap. excommunicamus. el. 1. §. credente, ad fin. de haereticis ibi Hostien. num. 24. Felin. sub num. 3. Anania num. 4. Zabarella num. 6. sine. Reperit. Inquisitorum uerbo absoluedio. versic. sed nunc proseguendo, & versic. ex praedictis concluditur. Squallicent. tratt. de fide catholice. c. 17. num. 3. Eymez. 3. part. quast. 92. quos omnes refert, & sequitur Farinacius de haeresi, quast. 191. §. 4. num. 52. ubi aduertit, quòd esto Locius Zechius in summo. 1. part. tit. de fide, rubr. de haeresi, cap. 11. num. 18. versic. 4. dicat in summo inquisitoris lenatu pronuntiatum esse, vt solis Inquisitoribus liceat penitentes haereticos in foro externo absolue, & non Episcopis, non esse à proposita doctrina recedendum; quia est à Doctoribus communiter recepta, & iuri consona, consentit etiam iis Bonac. disp. 1. de censur. quast. 3. punct. 2. n. 11. Aduerto tamen in Hispania praedictam facultatem illis reuocatum esse. Non enim Episcopi sine Inquisitore, neque Inquisitor sine Episcopo saltem requisito absolue possunt haereticos, & Ecclesiae reconciliare, vt constat ex praxi.

§. II.

Expenditur facultas absoluedi ab haeresi concessa Inquisitoribus.

- 1 Pro foro externo clarum est illis esse facultatem concessam.
- 2 In foro conscientiae est aliquis difficultas proponitur difficultatis ratio, & Doctores afferentes quemlibet Inquisitorem hac potestate gaudere.
- 3 Probabilis est oppositum.
- 4 Satis sit fundamento, num. 2. adducto.
- 5 Absoluedio data ab Inquisitoribus haeretico si tamen conuerso ualida non est.
- 6 Quid si non integrè delictum manifestasti? Sub distinctione responderetur.

1. **C**onstat iis commissam esse facultatem absoluedi haereticos penitentes pro foro externo, ex rex. in cap. ut officium, de haereticis in 6. & ex pluribus Bullis relatis à Pegna in sine direct. quorumque meminit Farinacius de haeresi q. 192. num. 54.

2. **D**ifficultas quoque est, an illis liceat in foro conscientiae? Rationem difficultatis constituerunt uerba Bullae Clementis VII. edita anno 1530. quae incipit, *Cum sicut*, & refertur à Pegna in direct. inquisit. inter Bullas illius Pontificis, ubi dicitur, *Uobis erit, ac vicariis praesatis extra iudicialiter Lutheranos occultos, & non inquisitos per ordinariu, sine alio iudice, aut alio quocumque haereticos, fautores, defensores, & receptatores, nec non à subra fide Apostolice, & qui contra inhibitionem Sedis Apostolicae*

tenuerunt, vel legerunt libro Martini Lutheri, vel aliorum, aut eisdem suis eisdem quomodolibet adhaeruerunt (si ad cor reuersi poenitentes id humiliter petierint) postquam haerese, qua poluti, & infecti erant, ab iuramento, medio iuramento promiserint de cetero ab huiusmodi haerese poenite abstinere, absoluentur, illis quoque pro praemissis poenitentiam iniungenda salutare, esseque ad gremium sanctae matris Ecclesiae restituendi, & reducendi, auctoritate Apostolica, tenore praesentium litterarum licentia, & facultate concedimus. Ex his ergo verbis si formatur ratio dubitandi. In hac constitutione datur facultas Inquisitoribus, & eorum commissariis absoluenti haereticos occultos, neque ab illo iudice prius Inquisitos extra iudicialiter. Ergo est data facultas illos absoluenti in foro conscientiae. Probo consequentia, quia absoluit iudicialiter, seu pro foro iudiciali non solum occultos haereticos poenitentes, & voluntarie misticordiam expostulantes licet Inquisitoribus, ex *suprad. c. vi officium*, & ex aliis text. sed etiam publicos haereticos, & ad iudicium venire compulso. Ergo aliquid speciale haec constitutio concedere Inquisitoribus intendebat. Quod non videtur esse aliud, nisi abolitionem pro foro conscientiae. Neque obstat praedictam Bullam dirigi specialiter ad Inquisitores ordinis Praedicatorum existentes in Lombardia; Imò videri esse speciale commissionem factam personis, & non dignitati. Quia est ex tenore Bullae sic appareat, consuetudine receptum est ad omnes Inquisitores extendi, & fauent ea, quae tradit Pegna. 3. p. *direct. q. 109. comm. 13. & vers. nec obstat*, ubi probat privilegia Inquisitoribus specialibus concessa ad omnes Inquisitores dirigi, ex *c. ult. §. ult. de haeretic. in 6. Clement. 3. §. ult. de haeretic. c. l. Arriani. §. c. utis quoque legib. C. de legib.* Neque etiã obstat per Bullam Coenae reuocari omnem facultatem absoluenti ab haerese, & casibus ibi contentis in foro conscientiae, quominus possimus affirmare hanc facultatem perseuerare, quia, ut dicit Bannes statim allegandus, Bulla solum reuocat facultates absoluenti, quae poenitentibus concessae sunt, vel saltem, quae concessae sunt directè in illorum fauorem; haec facultas absoluenti ab haerese in foro conscientiae poenitentibus haereticis, imò neque directè in ipsorum fauorem est concessa Inquisitoribus; sed est illis concessa in fauorem officii, quod exercent, defendendi fidem, & ad maiorem illorum auctoritatem; & indirectè tamen in animarum fauorem. Non ergo censetur reuocata haec facultas. Addi etiam potest congruentia magni momenti. Ad Ecclesiam pertinet prouidere fidelibus delinquentibus remedium facile, & suauis, ut à peccato liberentur. Si autem penes Inquisitores non residet facultas absoluenti ab haerese occulta in foro conscientiae haereticis occultis, caret remedio facili; & suauis, ut à peccato liberentur. Non enim est remedium facile, & suauis, sed nimis rigorosum cogere haereticum occultum, ut praesentibus testibus, vel coram Notario haerese suam occultam, & soli Deo notam Inquisitori manifestet. Hoc autem est illi omnino necessarium, si Inquisitor, & Episcopi non habent in foro conscientiae facultatem absoluenti ab haerese. Ergo dicendum est saltem Inquisitores illam habere; & ita supponit Nauarr. *lib. 5. consil. tit. de primileg. consil. 11. Campegius ad cap. 34. Zauchi de haer. vers. cum itaque*, Bannes *2. q. 11. art. 4. dub. 2. post. 3. argum. contra 2. conclus. Gutierrez. cau. 93. lib. 1. c. 13. n. 7. Vital Candellab. 1. p. tit. 11. de absolut. num. 15. testatur praxim ita esse Man. in Bulla Cruciatæ. §. 9. num. 70. sine Eymere. 3. p. *direct. num. 61. alios plures refert Sanchez lib. 2. cap. 12. n. 1. ipsaque eam num. 3. probabiliter reputat. Ex qua sententia inferunt Inquisitores non facerent posse hanc facultatem, sed quia non est coartanda potestas ad forum sacramentale, sed ad forum secretum. Item & posse Inquisitorem alteri vices suas delegare, quia potestas est competens ex officio; ac prouide de legalibus, dum in contrarium non fuerit expressa prohibitio. Sanchez num. 4. c. 5.**

3. Nihilominus probabilis existimo nulli Inquisitori, neque tribunali datam esse facultatem absoluenti ab haerese, & excommunicationibus reuocatis in foro conscientiae, sed necessarium debere fieri in foro externo, & iudiciali, sic Sanchez *n. 3. Farinac. de haerese, quest. 192. num. 54. Suarez de fide disp. 21. sect. 4. num. 15. Garcia de benefice. 1. p. cap. 10. n. 121. Barbosa 2. p. de possess. Episc. allegat. 40. n. 28. Ratio est, quia Inquisitores neque ex vi muneris, neque ex aliquo privilegio, neque ex consuetudine habent potestatem pro solo conscientiae foro absoluenti. Ergo gratis asseritur talis facultas. Antecedens probo. Munus Inquisitoris est delicta inquirere, & iudicialiter punire delinquentes; est enim index pro foro externo constitutus. Ergo ex vi muneris hanc facultatem absoluenti ab haerese pro solo conscientiae foro non habet. Ex privilegio autem non videtur illam habere, nullum enim aliud refertur, nisi contentum in praedicta Bulla Clement. VII. Sed illud nec loquitur de omnibus Inquisitoribus, sed solum Inquisitoribus ordinis Praedicatorum residentibus in Lombardia & illo tempore praesentibus, & concessio ad omnes extendi, non loquitur de abolitione fori conscientiae, sed externi; tum quia non committit facultatem absoluenti, nisi praestito iuramento, & abiurata haerese; quae conditiones pro foro interno non videbantur necessariae. Neque verbum *extra iudicialiter* riget, nam, ut testatur Barbosa *num. 27.**

saepè declaratum est in supremo inquisitionis Romanae tribunali verbum illud, *extra iudicialiter*, non tollere formam iudicij, scilicet depositionem coram Notario & testibus, vel saltem coram Notario tantum; sed tollere solemnitatem iudicij, quae consistit in eo, quod plures adsint iudicio, pluriusque iudicium imoretur; facultas ergo Inquisitoribus data, ut extra iudicialiter poenitentes haereticos, & a nullo iudice inquisitos absoluerent possint, in eo consistit, ut possint ad secretam abiurationem, & secretam poenitentiam eos admittere. Non tamen quod pro solo conscientiae foro absoluerent possint. Quod si praedictum privilegium de abolitione pro solo conscientiae foro loquatur, non video qua ratione Episcopi reuocata sit per Bullam facultas absoluenti ab haerese, & casibus in Bulla contentis, & non reuocetur Inquisitoribus, cum etiam Episcopi in sui fauorem, & eorum dignitatem sit tale privilegium concecimus, & Bulla omnia privilegia, quorum potestatis quilibet impetrate abolitionem possit, reuocat, siquidem absoluentibus huiusmodi reo excommunicatione innotant. Denique ex consuetudine contrarium omnino constat, nunquam enim Inquisitores, nisi coram Secretario, poenitentem haereticum audire volunt: ut ipsemet Bannes fatetur, & consilii Eymere. 3. p. *direct. num. 59. Adde declarationem Cardinalium relata à Barbosa sess. 24. cap. 6. Concilij, num. 7. in hac verba: Episcopus, aut Inquisitor absolueret iam non possunt hominem haereticum in foro conscientiae, licet hac facultas à Concilio sit ipsis tradita.*

4. Ex his constat solutio contrarij fundamenti: ad congruentiam de rigore dicimus non esse nimium in delicto ita graui, & Christianae republicae noxio obligare delinquentes, ut Inquisitori coram Notario se manifestent, praecipue cum totus ille rigor temperetur abundè, ex eo quod si absolutus secretò etiam postea delictum publicetur, non possit de illo iterum iudicari, & puniri, ut bene notauit ex Compegio Suarez *de fide disp. 21. sect. 4. n. 18. Item est conuenientissimum ille rigor, (si aliquis est,) ut arceantur homines à simili delicto committendo, videntes difficultatem in illius abolitione, quae est ratio, quare Ecclesia aliquotum casuum abolitionem reseruat. Haec autem facultas sic secretò absoluenti, etiam praecipue in toto tribunali residet, in quolibet etiam Inquisitore residet, vel quia sibi inuicem vices committunt, ut placet Suarez *num. 18. vel quod probabilis existimo, quia Bulla Clement. VII. non cum tribunali, sed cum Inquisitoribus singularis, & seorsim loquitur; siquidem eorum vicariis, & commissariis facultatem eandem tradit, qui tamen non constituunt tribunal, sic Sanchez *lib. 2. Decalog. cap. 12. num. 4.***

5. Sed inquires, an absolutio data haereticis sicte conuictis, cuius fictionem ignorat absoluens, valida sit, ita si postea vere poeniteat, & ex corde conuertatur, nulla indiget abolitione? Respondeo minime valere ex defectu intentionis in absolvente; non enim intendit absolueret, nisi fidelem: at qui in sua haerese pertinax est, infidelis est, & indignus abolitione, Sayrus *Theauri casuum, tom. 1. lib. 2. c. 21. n. 26. c. 27. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 30. num. 3. c. 4. Suarez de censuris, disp. 7. sect. 7. num. 1. c. 2. disp. 21. de fide sect. 4. n. 19. Verum, quia haec absolutio quoad forum externum valida, & firma reputatur, non indiget haereticus vere iam conuersus abolitione aliqua iudiciali, sed ipsemet Inquisitor solum sine Notario, & testibus illum absolueret poterit. Exemplo matrimonij contracti in facie Ecclesiae inualide ob aliquod occultum impedimentum, quod fecundum multorum sententiam reuoluitur sine vlla exteriori solemnitate per iteratum consensum contrahentium sic expressè Suarez *illo num. 19.**

6. Sed quid si falsus sis haerese, v. g. Iudaismum, non tamen declarati, quoties iudaizasti, sed aliquos actus externos Iudaismi manifestasti, alios occultasti; manes ne absolutus? Et quidem si ignoranter fecisti, non est dubium te absolutum manere; at si ex malitia processisti, distinguendum est; si actus quos omisit manifestare, variarent directè grauer iudicium; ita ut obligarent iudicem ad grauiorem poenitentiam tibi imponendam, censeo te non manere absolutum; si eius verò, si iudicium eodem modo persisteret. Et ita explicio illa verbaque communiter in abolitione haereticis apponuntur, nempe *si ita est, ut ex corde conuertitur, non tacens de se, nec de aliquo aliorum aliquam contra nosivram sanctam fidem Catholicam eum absoluitur, & non aliter.* Haec enim verba requirunt, ut ex corde haereticus conuertatur, nihilque aduersus nostram fidem taceat, quod graue sit, meritoque iudicem ad variationem iudicij mouere possit.

Quod si iniquitas, quando praesumi potest ex manifestatione rei tacite variandum esse iudicium?

Respondeo arbitrio prudentis relinquendum esse. Putarem sanè, si plures directè haerese haberes, & aliquam occultè manifestare, in hoc omnes conueniunt. Secundo, si euident haerese actus tres, vel quatuor diceret, cum tamen essent decem, vel viginti. Tertio, si alicuius personae, quam obligas es manifestare denuntiationem omisit. Nam esto illa manifesta non variet iudicium respectu tui quoad poenitentiam tibi imponendam; variat tamen absolute iudicium respectu personae denuntiatæ, cuius variationis tu debebas esse causa.

Quid dicendum de religiosorum privilegiis.

- 1 Statuitur privilegium Societatis, aliisque religionibus concessum.
- 2 Quam ratione hac facultas concedatur à Præposito generali.
- 3 Superioribus Societatis datur facultas absolventi ab excommunicatione incurfa ob lætionem librorum prohibitorum.

1 Respondo nostrum Reverendissimum P. Præpositum generalem facultatem habere per se, vel per alios absolventi quotiescumque ab hæresi in foro conscientie. Quam facultatem concessit illi Julius III. viuz vocis oraculo primis, vt in *viuz vocis oraculis pag. 66.* Confirmavit verò, & denuo concessit Gregorius XIII. die 18. Martij 1584. pro reliquis orbis partibus (Hispania excepta) in *viuz vocis oraculis pag. 123.* Hæc autem facultas Provincialibus communicatur, sed extra Hispaniam, vt habet privilegium cum processate, vt te mature considerata: quando sibi videbitur in Domino expedire, in casibus particularibus possint id aliis concedere. Hæc omnia habentur in compendio privilegiorum Societatis I 3 s v, verbo *absolutio*, §. 3. Respectu autem illorum, qui sub obedientia Societatis vivunt, habet Præpositus generalis, & quibus ipse committit, facultatem eos absolventi in foro conscientie ab hæresi, & à relapsu in hæresim, si quis (quod Deus aduertat) in eam incidere. Quam facultatem etiam pro Hispania concessit Gregorius XIII. die 18. Martij 1584. vt in *viuz vocis oraculis pag. 133.* sic in compendio privilegiorum Societatis, verbo *absolutio*, §. 7. & in §. 8. dicitur. Facultate concessa Minoribus de Obsequia Vitramontanis possunt Præpositus generalis, aut Provincialis Societatis I 3 s v Vitramontani absolventes nostros Vitramontanos sibi subditos, & dispensare cum eis, quousque opus fuerit à relapsu in hæresim, aut apostasiam, & eorum poena: à iure constitutas commutare augendo, vel minuendo, penalis qualitate, & quantitate, aliisque debitis circumstantiis: dummodo talium relapsorum crimina publica, & notoria quod scilicet non sint, vt ex hoc scandalum oriri possit. Alex. VI. in *monum. Minorum sel. 70. concess. 164.* & refertur, quoniam non satis plene in compendio eorumdem, verbo *absolutio ordinis quoad fratres*, §. 18.

2 Hæc absolventi facultas referatur in Societate Præpositi generali, communicatur tamen provincialibus sub onere morandi penitentem, manere sub poena peccati mortalis obligatum, vel se propositio generali presentandi, vel rem eidem manifestandi eo modo, qui servata sigilli integritate Provinciali videbitur. Iam motui in Hispania ob particularia inquisitionis indulta non dari vsum huius facultatis.

3 Item omnibus superioribus Societatis, & iis, quibus ipsi communicaverunt, concessa est facultas absolventi ab excommunicatione incurfa ob lætionem librorum prohibitorum in his locis, vbi possunt nostri ab hæresi absolvere: sic concessit Gregorius XIII. die 6. Nouemb. 1583. pro vt *viuz vocis oraculis pag. 132.* & habetur *supradicto compendio privilegiorum*, verbo *absolutio*, §. 4. vbi aduertitur, si libri prohibiti editi sunt ad subvertenda dogmata hæretica, non poterunt communicare hanc facultatem superiores, nisi in casibus particularibus perspectis circumstantiis. In iis verò prouinciis, in quibus ex peculiari concessione amplior esset facultas, liber perimitur illius vsum.

§. IV.

Expenditur facultas absolventi ab hæresi per Bullam, aut Iubilæum concessa.

- 1 Sub facultate generali absolventi à reueruatis, comprehenditur referuata in Bulla Cœnæ, & sub facultate absolventi à reueruatis in Bulla Cœnæ comprehenditur hæresim affirmant plures.
- 2 Probabilis est oppositum.
- 3 Hæreticus absoluenti in foro conscientie non excusatur subire iudicium fori externi.

1 Aliquando Pontifex Iubilæum concedit cum facultate absolventi ab omnibus sibi referuatis, neque exprimit referuata in Bulla Cœnæ, aliquando ea exprimit hæresi non excepta, aliquando verò & hæresim exprimit. Dubium ergo est, an sub facultate illa generali absolventi ab omnibus referuatis comprehendatur referuata in Bulla Cœnæ, etiam si non exprimitur, & sub facultate generali absolventi ab omnibus referuatis in Bulla Cœnæ, etiam crimen hæresis ibi continetur veniat intelligendum? Ratio dubitanti est, quia beneficium Principis late est interpretandum; præcipue cum eius lata interpretatio non excedit proprietatem verborum:

at sub referuatis à Pontifice comprehendere contenta in Bulla Cœnæ, & sub contentis in Bulla Cœnæ comprehendere hæresim, non est excedere proprietatem verborum; sed potius verborum proprietati conformari. Ergo. Item in referuacione alicuius casus Pontificij non datur magis, vel minus, si quidem integrè consistit in eo, quod nemini alteri à Pontifice sit facultas ab eo absolventi. Si igitur datur facultas absolventi ab omnibus referuatis Pontifici, non est vlla ratio, quare alicui casus referuati ab illa concessione generali excipiantur. Quod si aliquis dicat hoc sustineri posse nisi Gregor. XIII. in quodam motu proprio relato ab Emanuel. Rodriq. *additionib. ad Bullam §. 9. n. 66.*, qui incipit, *Officium vestra partibus datur Romæ 22. Septemb. 1576.* declarasset hæresim non comprehendi sub facultate generali absolventi à contentis in Bulla Cœnæ. Responderi facile posset ibi solum declarasse hæresim non comprehendi in facultate absolventi concessa per Bullam Cruciatæ, quod quidem verissimum est, sed expressè in tali Bulla Cruciatæ crimen hoc excipitur. Ergo dum non est talis declaratio, vel exceptio, generalis doctrina admittenda est, nempe sub referuatis in Bulla Cœnæ hæresim comprehendit, sic tradit Soto 4. *distinc. 22. quæst. 2. art. 3. conclus. 5.* Corduba in *summa q. 8. Lorca 2. 2. disp. 45. num. 13.* Farinac. *quæst. 192. num. 63.* Pegna 3. *part. direct. comm. 25. vers. quod si quis dicat & vers. quod si quis querat.* Reginal. in *praxi lib. 8. m. 53. fin.* Frechilla de *excommunicatione. art. 1. p. 4. n. 7. d. 1. praxis Episcopalis, 1. p. verbo absolutio. §. 5. & p. 2. eodem verbo, §. 4. & alij relati à Garcia 11. p. de *benefic. c. 10. n. 110.* & probabilem reputat Suarez *tom. de censuris, disp. 7. sect. 5. num. 12.**

2 At credo probabilis esse, sub facultate generali absolventi à referuatis non comprehenditur referuata in Bulla Cœnæ, nec sub facultate absolventi à referuatis in Bulla Cœnæ comprehenditur hæresim: sic tradit tanquam certissimum, Sanchez *lib. 2. in Decalog. c. 12. num. 10.* Garcia *lib. cap. 10. n. 109.* Barboza 2. *part. de potest. Episc. allegat. 40. n. 31.* Azor. *tom. 1. lib. 8. in lib. moral. c. 10. quæst. 12.* Suarez de *fide, disp. 21. sect. 4. num. 21.* Couar. *cap. alma mater. 1. p. §. 11. num. 15.* Rojas de *hæreticis, 2. part. assert. 2. 39. num. 321.* & de *privilegiis inquis. n. 416.* vbi ait motu quodam Pij V. edito anno 1572. sic esse declaratum. Vgolin. de *consur. tub. 1. c. 10. §. 4. n. 8.* Aragon. 2. 2. *quæst. 11. art. 3. §. sed dubium est Emanuel. Rodriq. in addition. ad Bullam §. 9. n. 66.* & alij apud ipsos. Ratio præcipua sumenda est ex stylo, & vtu curiæ Romanæ, qui in hac parte vim legis habet. At Azor *supradicto loco, & c. 19. quæst. 2.* Suarez, & Barboza *supra* testantur ex stylo Romanæ curiæ sub illa generali facultate absolventi à referuatis non comprehenditur contenta in Bulla Cœnæ, neque sub contentis in Bulla Cœnæ, comprehenditur hæresim. Ergo non est licitum ad ea concessionem extendere, quia concessio extendi non potest ultra voluntatem, & intencionem manifestam concedentis. Quod autem hic sit stylus Romanæ curiæ, præterquam quod ita testantur graues Doctores, probati potest ex eo, quod sæpe in Iubilæis post absolutam concessionem absolventi à referuatis in Bulla, exprimi solet & à crimine hæresis; cuius expressio superflua esset, si sub priori clausula sufficienter contineretur. Adde esse creditu difficile referuacionem tot legibus stabilitam Cruciatæ Bulla, & Iubilæis, aliisque privilegiis ordinariis concedentibus absolventem à referuatis, derogari.

3 Obseruandum tamen est hæreticum absolutum in foro conscientie vel ab Episcopo, vel ab Inquisitore secundum probabilem sententiam, vel ab alio confessario, cui speciale privilegium esset concessum, non esse excusatum subire iudicium, & sententiam fori iudicialis. Quia diversi fines in vtroque iudicio respiciuntur. In foro enim conscientie attenditur satisfactio Deo exhibenda, & salutis propria medicina. At in iudiciali foro spectatur satisfactio reipublicæ, & reparatio offensionis ex malo exemplo susceptæ, sic glossa in *cap. gaudemus, de diuortijs, verbo poterit.* Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 1. num. 40.* Pegna *direct. 2. part. comm. 25. vers. rursum altera quæstio.* Zanch. de *hæretic. cap. 34.* Suarez de *fide, disput. 21. sect. 4. num. 6.* Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 12. num. 7.* Barboza 2. *part. de potest. Episc. allegat. 40. num. 29.* quod verum habet etiam penitentia in foro conscientie posita fuerit publica, ita ex Anton. Gomez, Pegna, & aliis docet Sanchez *illo n. 7. fine.*

§. V.

De facultate absolventi ab hæresi, aliisque referuatis pro articulo mortis.

- 1 Pro hoc articulo certissimum est posse absolueri quemlibet Sacerdotem.
- 2 Qualis censetur articulus mortis.
- 3 Fœmina partui proxima absolui potest. Idem est de navigatione longa itinere, & morbo periculoso.
- 4 Plures Doctores censent impedimentum perpetuum reputari articulum mortis pro aliis criminibus ab hæresi.
- 5 Pro hæresi etiam videtur idem esse asserendum.

- 6 Si potes superiorem vocare, vel ab illo medio Confessario facultatem obtinere, plures affirmant se esse obligatum hanc prestare diligentiam, neque se posse absolutionem ab alio obtinere.
- 7 Probabilis est oppositum.
- 8 Simplex Sacerdos, tamen si parochus, seu superior ad sit, potest in hoc articulo absolutionem impendere, secundum plurimorum sententiam.
- 9 Probabilis est oppositum.
- 10 Satis sit contrariis num. 8. adductis.
- 11 Tenearis ne ad Episcopum accedere.
- 12 Si incepta fuit confessio cum simplici Sacerdote, non teneris proprio confiteri, tamen si postea venias.
- 13 Teneris ex duobus Sacerdotibus, uno privilegium habente absolventi a reservatis, alio non, eligere privilegium.
- 14 Qui Sacerdotes non sunt, potestatem non habent absolventi ab hæresi excommunicatione.
- 15 Vi hac absolutio in subilao concedatur, debet triplex conditio servari, specialiter debet fieri parti offensæ satisfactio.
- 16 Secundo debet absolventis prestare iuramentum de obediendo mandatu Ecclesiæ.
- 17 Tertio debet comparere coram reservante, quando commode possit.
- 18 Explicatur obligatio huius iuramenti.
- 19 Si ex malitia, vel ignorantia Confessoris hoc iuramentum non exposculetur, manet absolutus reus, sed cum obligatione comparandi.
- 20 Non comparatis, cum ad id obligatur, imponitur similis censura ei, quæ primo fuit absolutus.
- 21 Potest fieri satis huius obligationi comparandi, si per procuratorem comparatis.
- 22 Satis facis hinc obligationi comparandi, si absolutionem obtineas ab habente privilegium absolventi.

Communis est hæc quæstio tam hæresi, quam reliquis peccatis reservatis, ideo breuiter expedienda est. Si que desiderantur, peti debent ex his que in *tratu de pœnis. & censur.* dicimus.

Conclusio in hac re certissima est, quemlibet Sacerdotem in articulo mortis absolvere posse hæreticum penitentem, & quemlibet alium peccatorem a censuris, & peccatis, quibus affectus est: habetur *cap. de his. & seq. 26. quæst. 6.* & in Trident. *sess. 14. cap. 7. de sacram. Pœnis.* affirmans sic semper in Ecclesia esse obseruatum. Vt ergo doctrina huius conclusionis, & privilegium concessum pro articulo mortis perfecte intelligatur, tria declaranda sunt. Primo, quis sit articulus mortis in hoc decreto. Secundo, qui possit absolutionem pro tali articulo prestare. Tertio, quibus conditionibus prestanda sit.

1. Circa articulum mortis ascendendum est non intelligi cum eo rigore, ut solus verus articulus mortis intelligatur, sed benignius explicari debere, ut comprehendat quodlibet morale periculum moriendi sine sacramento. sic Molin. *tom. 4. de iust. disp. 63. num. 6.* Zambrano *de casibus art. mort. pralud. 1. num. 7.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 13. num. 1.* Suarez *de penitent. disp. 26. sect. 4. de censuris, disp. 21. sect. 1.* & specialiter loquens de hæresi, *disp. 21. de fide, sect. 4. num. 23.* Fatinaeus *de hæresi quæst. 192. num. 62.* Ratio est manifesta, quia hoc privilegium fidelibus est concessum, ne sine absolutione decedant. Ergo est illis concessum, cum habent periculum morale decedendi, alias si expectandum esset verum periculum, sæpè sine absolutione decederent, quia nec satis cognoscere possent, nec præueniri. Aduerto debere esse morale periculum, nam si pro certo tibi constet antequam illud periculum patiaris ad futurum superiorem casu referuantes, vel alium, qui vices illius teneat, qui absolutionem præter, cessat tibi privilegium, quia cessat necessitas illo utendi, cum non sis in mortis articulo, neque in periculo decedendi sine absolutione legitima. sic Zambrano *num. 8.* Sanchez *num. 3.* Suarez *de fide p. 23.* Secundo aduerto periculum tibi debere esse mortaliter inuitabile, nam si absque graui iactura honoris, vite, vel fortunæ vitare periculum potes, non dicis constitutus in mortis periculo, sed tu periculum constituitur, & assumeris. Sanchez *num. 3.*

2. Hinc inferitur feminam patri proximam, si ob eius complexionem delicatam, vel aliunde timet periclitari, (ut ferè semper hoc periculum contingit,) posse hac facultate uti. Idem est de eo, qui morbo periculoso laborat, vel actum aliquem aggressus est, qui secum hoc periculum habeat, qualis reputatur longa nauigatio, pugna cum inimicis, aggressio inuicis periculosa, & mortaliter inuitabilis. Suarez, Zambrano, Sanchez *locis citatis.*

3. Difficultas autem est, an sub articulo, vel periculo mortis comprehendi debeat quodlibet aliud impedimentum perpetuum agitudinis, paupertatis, seruitutis, &c. ad eundem iuramentum Pontificem, vel alium, qui nomine ipsius absolutionem concedat: Ratio dubitandi est. Nam sic impeditus mortaliter est certus non posse ante mortem absolui a legitimo superiore. Ergo est iam constitutus in necessitate impetrandi

ab alio absolutionem, ne sine illa decedat. Quod autem illa necessitas non sit ita vrgens, ut statim obliget, sed latitudinem habeat, non tollit quominus vera necessitas sit, vsqueque sit, se impeditur necessitate habere impetrandi ab alio, quam a legitimo superiore absolutionem. Et confirmo. Si moraliter constat huic impedito nunquam habitum esse occasionem obtinendi a superiore legitimo absolutionem ab eo tempore, quo hoc illi constat, poterit hoc privilegio, ut ne sine absolutione decedat, quia ab illo tempore est illi necessarium tale privilegium: & inutiliter expectabit verum articulum mortis, cum necessitas eadem sit. Propter hanc rationem communiter Doctores sentiunt illud impedimentum, perpetuum reputari verum articulum, seu periculum mortis in ordine ad impetrandam ab alio, quam a superiore legitimo absolutionem. sic Nauar. *cap. 27. num. 89.* Couar. *cap. alma. 1. p. §. 1. num. 15.* Henriquez *lib. 1. de excomm. cap. 27. num. 3.* & *lib. 6. de penitent. cap. 16. num. 1.* & *cap. 9. num. 7.* & *e. 10. n. 1.* & *2.* Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 4. §. 5. n. 13.* & *de reservatis Pape 3. part. cap. 2. §. 4. num. 1.* Suarez *disp. 21. de fide, sect. 4. num. 26.* Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 36.* & a j plures ex eisdem relati, colligiturque ex *cap. eos qui, de sentent. excomm. in 6.* vbi absolutus est periculum mortis, vel ob aliud impedimentum a censura Pontifici reservata; iniungitur otus comparandi coram legitimo superiore. Ecce quomodo non solum periculum mortis, sed impedimentum ad eundem superiorem absolutionis beneficium concedit. Item textus in *cap. ea nescitis.* & *cap. quod de his, de sentent. excomm.* decidunt sic impeditos absolui posse, ac si in periculo mortis essent constituti. Et licet specialiter de percussione clerici loquantur, eadem est ratio in omnibus referuatis: & tradunt communiter Doctores, Felin. *cap. quamuis, de sentent. Excommunicat.* Abbas *cap. de cetero, num. 1. eod. tit.* Solum in crimine hæresis non audent plures Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *num. 37.* Suarez *illa sect. 4. in fine;* hanc extensionem concedere ob eius singularem grauitatem, & rigorosam reservationem. Adde, quæ sic impedito nullam superpetere viam se ab excommunicatione hæreticali liberandi, nisi accessus ad Inquisitores, vel Pontificem per literas, vel procuratorem tacito nomine, si quidem Episcopo per Bullam reuocata est facultas in Trident. concessa.

4. Fateor sola autoritate horum Doctorum hanc sententiam probabiliter reputari. Nam si licet proferre, quod sentio existimare sanè æquè de hæresi, ac de aliis criminibus posse, sic impeditum absolui a quolibet Confessario: quia potestas utendi hoc privilegio fundatur in necessitate penitentis, quo delictum grauius, grauiorem necessitatem penitentis habet. Ergo non ob grauitatem hæresis limitandum est. Adde, quia, ut ipsemet Sanchez *num. 14.* affirmat, & statim dicimus, nullus tenetur in periculo mortis constitutus medio procuratore, aut litteris missis absolutionis beneficium impetrare, quia nemo tenetur medium assumere, quo eius delictum manifestari possit. Ergo neque etiam tenetur adituus illo perpetuo impedimento, quod mortis periculo æquiualeat, assumere procuratorem, vel litteris facultatem procurare. Alias si propter grauitatem hæresis, & illius speciem reservationem deberet penitens impeditus confugere ad Inquisitores, vel ad Pontificem per procuratorem, etiam in articulo mortis constitutus deberet eam diligentiam adhibere. Neque videtur esse specialior ratio in vno caso, quam in alio.

Sed quid si dubites, an possis viuere, quousque superiori te presentare possis, poteris-ne in articulo mortis dubio absolutionem ab alio obtinere?

Respondeo te posse, quia superior non est censendus velle te periculo damnationis exponere referuando casus: at huic periculo te exponeret, si in illo articulo mortis dubio absolutionem negaret. Ergo, Adde, privilegium absolventi a reservatione pro articulo mortis late debet interpretari, ut pote in iure insertum, & in fauorem animarum concessum. Ergo ad articulum dubium debet extendi, Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 8.* Molin. *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 63. Reginald. lib. 9. num. 10.* Bonacina *disp. 1. de censur. quæst. 3. p. 3. num. 6.*

5. Hinc ergo soluitur communis dubitatio, quom in presententi Doctores mouent, an si constitutus in mortis periculo possis vocare superiorem, vel medio procuratore, aut Confessario, aut litteris missis impetrare ab eo absolutionem excommunicationis, vel facultatem absolventi; tenearis id facere? Affirmat Zambrano *de casibus art. mortis, c. 4. dub. 4. n. 15.* & *dub. 6. num. 4.* Bonacina *disp. 1. de censur. quæst. 3. part. 3. n. 1.*

Ratio esse potest, quia nulla non reputatur necessitas, quæ licili negotio vitari potest: vitare facile potes absentiam Confessoris proprii, si voces superiorem, vel medio alio Confessario facultatem ab eo petas. Ergo teneris. Adde dici non posse, te carere copia Confessoris, siquidem in tua voluntate absque multo grauamine situm est illi habere.

6. Verum tenendum est contrarium, esse articulum necessitatis, quoties non potes superiorem adire, etiam si illum vocare possis: colligitur satis ex *cap. quamuis, de sentent. excommunicat.* vbi ad obtinendam absolutionem solum expellitur

tur, ve quolibet impedimento canonico retrahatur; quominus Romanum Pontificem possit adire: & tradit Corduba summa quæst. 18. p. 1. Valentin. 4. tom disp. 9. q. 10. part. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. in tit. moral. cap. 19. q. 5. Henriquez lib. 6. de poenitent. cap. 9. num. vlt. in comment. lit. O. & cap. 11. num. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 13. num. 14. Ratio est, quia si superiorem adire non potes pro absolutione obtinenda, reputatur tibi absolutio illius impossibilis, quia omnia media, quibus illam obtinere potes, reputantur, ac si essent impossibilia. Ergo addit tunc articulus necessitatis. Antecedens probat idcirco adesse tunc articulus necessitatis. Antecedens probat idcirco adesse tunc articulus necessitatis. Antecedens probat idcirco adesse tunc articulus necessitatis.

8 Circa secundum punctum de personis, quæ possint pro tali articulo, & periculo mortis absolutionem præstare, est dubium an simplex sacerdos possit præstare proprio Sacerdote, vel superiore, cui casus sunt referuati? Affirmant plures tam de absolutione peccatorum, quam censurarum. Primò, quia iure diuino est omnibus Sacerdotibus pro illo articulo Communis facultas. Secundò, quia in fauorem illius articuli, & leuamen moritari referuatio omnino cessat pro illo articulo; nam quia in referuacione semper talis articulus excipitur. Tunc quia in referuacione semper talis articulus excipitur. Tunc quia in referuacione semper talis articulus excipitur.

9 Verum ceteri hæc sententia probabilis sit, probabilior, & securior mihi videtur ea, quæ affirmat præsentem superiore, cui casus sunt referuati, & volente absoluerit penitentem, non posse penitentem ab inferiore absolutionem impetrare: sic pluribus relatis Zamb. de casibus artic. mortis. c. 4. d. 4. n. 3. & segg. Sanchez lib. 2. c. 13. n. 7. Suarez de poenitent. disp. 26. sect. 4. n. 4. & de censuris. d. 2. sect. 1. n. 62. & de fide. disp. 2.1. sect. 4. n. 4. Bonacina de sacra. disp. 5. quæst. 7. punct. 1. num. 30. in fin. & de censuris. disp. 1. q. 3. punct. 3. n. 3. Connich de sacra. disp. 8. dub. 11. n. 90. & alij quos refert Barboia supradicta allegat. 2. §. num. 51. Molin. tom. 4. de iustit. disp. 6. §. 2. affirmans sic declarasse Grego-

gorium XIII, & in declarationibus Concilij relatis à Barboia supra, extat declaratio in hæc verba: Congregatio censuit Sacerdotem aliqui idoneum, si tamen ad audiendas confessiones approbatus non sit, iuxta cap. 25. sess. 23. non posse vltidè à peccatis mortalibus absolueri penitentem in articulo mortis constitutum, vbi parochus præsens iam perhibeatur, paratissime sit infirmi audire confessionem, illumque absolueri, neque vlla subitè causa parochum ipsum reculandi. Ratio est, quia præsentem proprio Sacerdote parato sacramentum ministrare, cessat necessitas impetrandi ab alio absolutionem. Ergo cessat privilegium, quod solum ob necessitatem absolutionis datum est; ne scilicet penitens occasione referuacionis sine absolutione periret. Adde in referuatis Pontifici, nullus absoluti potest, nisi sub onere se præsentandi Pontifici, cum primum possit. Ergo supponit Pontifex non posse penitentem se antea præsentare: eaque de causa solet in iure hæc conditio apponi, cum conceditur aliis facultas absoluedi à referuatis, si ad superiorem recursus non sit. sic Extraneus 1. §. decernimus. de sentent. excomm. & Extraneus inter cunctas §. incendiarios, de priuileg. & habetur cap. presbyter. 26. q. 6. Ergo si datur superior præfens, cessat aliorum facultas.

10 Neque obstat contraria. Ad primum nego iure diuino datam esse omnibus Sacerdotibus, hæc facultatem, sed à iure Ecclesiastico promanasse, etiam si illius initium non sit notum, vt bene Tolet. sum. lib. 1. cap. 15. num. 2. Farin. de hæresi. q. 192. n. 62. Suarez multis relatis de poenitent. disp. 26. sect. 4. Valq. quæst. 93. art. 1. dub. 3.

Ad secundum nego referuacionem cessare pro quocumque articulo mortis, sed pro articulo mortis necessario. Ad tertium similiter respondet omnes Sacerdotes habere hæc facultatem absoluedi, si ablit Sacerdos proprius. Quare præferendus est semper Sacerdos proprius omnibus aliis, deinde approbatus etiam in aliena diocesi simplici, & simplex excommunicato suspensio, vel interdicto, & hi heretico, vel degradato: sic Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 10.

11 Quod verò aliqui affirmant te debere ad Episcopum confugere, si recursus non sit ad Pontificem, vatum non habet in omni casu, quia non omnes casus illi continentur, sed casus oculi clerici, hæresis excepta ex Trident. sess. 24. cap. 6. Item percussio clerici, ex cap. ea noscitur & c. de cetero de sentent. excommunicat. Ergo non licet ad alios facultatem extendere. Suarez de poenitent. disp. 30. sect. 3. num. 4. & de fide. disp. 2.1. sect. 4. num. 24. Molin. tom. 4. de iustit. disp. 6. §. 3. Henriquez lib. 6. de poenitent. cap. 11. num. 5. Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 9.

12 Sed quid dicendum, si incepta confessione cum simplici Sacerdote veniat proprius Sacerdos,

Respondet te non teneri cum proprio Sacerdote confiteri, sed simplicem posse tibi absolutionem impendere. quia ille simplex Sacerdos vltus fuit iurisdictione delegata sibi pro illo articulo concessa: sed iurisdictione delegata non expirat, quando res non est integra morte concedentis, sed extendi potest, vsque dum perficiatur, ex cap. gratum, cap. relatum, de offe. delegat. Ergo etiam extendi debet in hoc casu, vbi confessio incepta est. Adde iurisdictionem concessam simplici Sacerdoti pro illo articulo non esse conditionatam, & ad tempus, quouque, inquam, veniat proprius Sacerdos, sed est concessio absoluta. Non ergo limitanda est; & ita tenet Henriquez lib. 6. de poenitent. c. 11. n. 8. Sanchez lib. 2. cap. 13. n. 5. Bonacina disp. 1. de censuris. quæst. 3. punct. 3. n. 3. Aduerto tamen, si peccatum habet censuram referuatam, debes prius facultatem à superiore, cui est referuata censura, exposulare, vel ab eo absolui de censura, quia ratione censura referuata, non potes absolutionem ab alio, quam à referuante obtinere, nisi sub onere te superiore præsentandi, cum primum possis. Ergo cum tunc te illi possis præsentare, sine dubio teneris. Quod si ipse noller absolutionem censuræ, neque facultatem ab illa absoluedi concedere, nisi cum illo confitearis, nullo modo id facere teneris, quia ipse non habet potestatem limitandi iurisdictionem ab Ecclesia pro articulo mortis concessam: sic Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 15. Bonacina disp. 1. de censuris. quæst. 3. punct. 3. num. 3. sine.

13 Quod si duo Sacerdotes simul adsint approbati ad audiendas confessiones, & alius ex privilegio habeat facultatem absoluedi à referuatis, alter verò illa careat; existimant Suarez de poenitent. disp. 30. sect. 3. num. 5. Henriquez lib. 6. c. 12. num. 1. in comment. D. quemlibet ex illis eligi posse, quia non teneris vt priuilegium alterius, & in illo articulo omnis referuatio cessat. Ceterum probabilis censo necessario eligendum esse, qui habet priuilegium, quia medio priuilegio cessat referuatio, & necessitas recurrendi ad superiorem, vel habentem vires ipsius. Sic Nauarr. cap. 27. num. 90. Sanchez cap. 13. num. 11. & lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 8. Valquez de poenitent. quæst. 93. art. 1. dub. 4. num. 18. Bonacina disp. 1. de censuris. q. 3. punct. 5. num. 7. Reginald. lib. 1. num. 61.

14 Tandem dubitare potes, an alij, qui Sacerdotes non sint, potestatem habeant in articulo mortis absoluedi à censuris?

DE
ASTRO
ALAC
TOMI

Respondeo ex probabili sententia non habere, quia finis, ob quem facultas absolventi à censuris conceditur in articulo mortis, est, vt penitens absolutionem à peccatis, reliquaque sacramenta recipiat. Quapropter solum illatum censuram, quæ receptionem sacramentorum impediunt, absolutio conceditur, vt bene dicit Zambrano *de casibus art. mort. cap. 4. dub. 4. num. 17.* Sanchez *num. 12.* Bonac. *num. 8.* sed absolutionem à peccatis concedere, Eucharistiam, & Extremam-unctionem ministrare non potest alius à Sacerdote. Ergo neque etiam potest alius à Sacerdote absolutionem censurarum concedere. Adde in Trident. *sess. 14. cap. 7. de penitent.* solum de Sacerdotibus fieri mentionem: & ita tenet Suarez *de censur. disp. 7. sect. 7. num. 3.* & Sanchez *lib. 2. c. 13. n. 13.* Filiucius *tr. 11. cap. 10. quest. 5.* Bonacina *disp. 1. de censur. quest. 3. part. 3. num. 1.* & Molin. *rem. 4. de iust. disp. 63. num. 3.* & alij apud ipsos. Verùm est hoc ita sit, credo clericum, qui Sacerdos non sit, deficiente Sacerdote, & laicum deficiente clerico non solum posse, sed etiam debere in illo articulo absolvente ligatum excommunicatione: sic docet Henriquez cum aliis *de clerico prime tonsuræ lib. 6. de penit. cap. 9. num. 3.* & ad laicum extendit Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 13.* Ratio est, quia negari non potest esse probabile absolutionem sic expensam valere: sic enim defendunt graves Doctores, quos refert Suarez *de censur. disp. 7. sect. 7. num. 4.* & Sanchez *num. 13.* sed vt illo vltu probabili nihil nocere, sed potius prodesse potest: tum ad sepeliendum de sanctum in loco sacro; tum vt illi sacrificia publica applicentur. Ergo adest obligatio illius. sic Sanchez *supra*, vbi aduertit, si absolutio excommunicationis à non sacerdote obtenta sit, expedite maxime, vt post mortem absoluantur ab eo, cui excommunicatio erat reservata. Ne forte contingat absolutionem à laico exhibitam inualidam esse, & suffragia publica excommunicato applicata non prodesset.

15. Circa tertium punctum de conditionibus seruandis in absolutione ab hæresi, aliòve crimine reservato, triplex conditio exposulati potest, Prima satisfactio, si qua est exhibenda parti læsæ. Secunda iuramentum de obediendo mandatis Ecclesiæ, Tertia obligatio comparandi coram referuante. De prima conditione, que est satisfactio, omnes conueniunt esse exhibendam si potest, anequam præstetur absolutio; at si fieri id non potest, debet penitens, si debitum est pecuniarium, præstare cautionem pignoratitiam, quia pignus est loco solutionis; si pignus dare non potest, præstet fideiussorem: si autem fideiussor sit illi difficilis, vel quia non inuenit, vel quia eius delictum timet publicari, præstet cautionem iuratoriã. Hanc autem ad minus teneret in delictis Bullæ Cœnæ, & similibus præstare. In aliis verò sufficiet, si satisfacere promittat. Quòd si debitum non sit pecuniarium; sed honoris, vel doctrinæ, tunc non tenetur penitens cautionem pignoratitiam, vel fideiussoriam exhibere, sed sufficiet iurare se restitutum: cum primum possit honorem læsum, vel deceptum ad sanam doctrinam reducere. sic Suarez *de censuris, disp. 2. sect. 3. num. 1.* & segg. Sanchez *lib. 2. in Decalog. c. 13. num. 23.* Bonacina *disp. 1. de censuris, q. 3. part. 3. num. 11.* An verò absolutio data, quin parti satisfeceris latentè aequaliter, sit validæ? Constat ex his, quæ in materia de excommunicato, dicimus: ubi enim resoluimus, si detur ab eo, qui potestatem ordinarum habet, validam esse; secus si ab eo, qui potestatem habet delegatam.

16. Secunda conditio est iuramentum de obediendo mandatis Ecclesiæ: id est de obediendo mandatis illius, qui absoluit, cum enim nomine Ecclesiæ absolutionem præstet, iurare eius mandatis obedire, est iurare obedire mandatis Ecclesiæ, vt notat gloss. *cap. ex tenore, de sentent. excomm. verbo debeat* & *cap. si quis, verbo consensu, q. 1.* & tradit aliis relatis Sanchez *num. 20.* & 21. Absolvens autem vi huius iuramenti nihil aliud imperare tibi potest, nisi abstinentiam à simili crimine, ob quod in excommunicationem incidisti. Quocirca iuramentum est de non committendo iterum tale crimen: si ab absolvente sic tibi fuerit imperatum: sic habetur *cap. de cetero, de sentent. excomm.* & tradit gloss. *ibi, verbo debeat.* Suarez *de censuris, disp. 19. sect. 2. num. 10.* Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 22.* Hoc autem iuramentum non in omnibus excommunicationibus exigendum est, sed in grauioribus criminibus, qualia sunt, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, incendiarium manifesta clerici percussio, & similia; constat ex *cap. de cetero, cap. ex tenore, de sentent. excomm.* vbi hoc iuramentum exposulatur: & tradit Suarez *supra*, Sanchez *num. 17.* cum Caietan. Anton. Syluest. & aliis, quamuis Medin. *lib. 2. sum. cap. 12.* in sola percussione manifesta Cardinalium, Episcoporum, & similia, docet hoc iuramentum exigendum esse, sed est dictum absque fundamento.

17. Tertia conditio est obligatio comparandi coram referuante. Quotiescumque enim Sacerdos ratione vrgentis necessitatis absoluit penitentem à censura reservata, debet monere absoluentem de obligatione comparandi coram superiore, cum primum possit, iuxta *cap. eos qui, de sentent. excomm. in 6.* Et licet in super. *cap. non debeat* tenent absolventem exigere ab absoluento sub iuramento promissionem

comparandi, & Auila *de censuris, 2. p. cap. 7. disp. 3. dub. 4.* solum in percussione graui clerici comparandum affirmet. At communis sententia docet in omnibus censuris referuatis exigendum esse, argum. *cap. quamuis, cap. ea noscitur, de sent. excomm.* sic Sayrus *lib. 3. cap. 25.* Suarez *de censur. disp. 7. sect. 8. num. 25.* Valquez *de excomm. dub. 18. num. 6.* Nauar. *cap. 27. num. 89.* Man. *Bulla Cruciatæ, §. 9. n. 55.* Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 26.* Bonacina *disp. 1. de censuris, quest. 3. p. 3. num. 11.* Dixi, si absoluit à censura reservata, nam si solum à peccatis referuatis absoluit, hoc onus iniungere non debet, quia nullibi cauetur imponendum. sic Suarez *de penit. disp. 30. sect. 3. n. 6.* Zambrano *de casibus art. mort. cap. 4. dub. 4. num. 21.* Cord. *sum. quest. 18. p. 2. dicto 2.* Sanchez *num. 24.* Exigendum autem est iuramentum ab absoluento, si capax sit, quia contingere potest, vt absoluentis nequeat illud præstare, quia sensibus destitutus est. Item defectu ætatis iudicari potest incapax illius obligationis. Quæ ratio ab impuberibus delinquentibus hoc iuramentum non exigitur, quia non videntur eo rationis vltu polleere, vt iuramentum pro dignitate præstent. sic Bonacina *disp. 1. de censuris, quest. 3. p. 3. num. 11.* Sanchez *num. 26.* & colligitur ex his que dicit num. 19. cum Sayro *thesaur. casuum, tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 3.*

18. Materia huius iuramenti, & illius obligatio est comparere, coram superiore, cum primum commode possit, quod non physicè, sed moraliter pensandum est, attenda qualitate personæ, temporis, & loci; vt bene ex aliis tradit Sanchez *num. 25.* Ad hanc autem obligationem necessario supponendum est, vt impedimentum, quod habes tunc ad comparandum, perpetuum non sit: nam impedito perpetuo obligatio hæc imponi non potest, esset enim obligare ad impossibile, sic Bonacina *supra, num. 11.* Suarez *de censur. disp. 22. sect. 1. num. 85.* Sanchez *num. 30.* & constat ex *c. quamuis, de sentent. excomm.* Ex qua doctrina inferunt bene Sanchez, & Bonacina *supra*, si tibi laborati impedimento perpetuo ex ignorantia, aut malitia, Confessarius exigeret iuramentum de comparando, non obligaris postea comparere, si miraculosè, & præter omnem spem, & ordinatum cursum impedimentum sublatum est, quia non censuris iuramento illo te obligare, nisi in quantum tu te obligare intendit: cum autem ius in iuramento casu non intendat te obligare, sequitur ex vi supradicti obligatum non esse, Finis huius iuramenti de comparando non est vt iterum absoluitur à superiore, siquidem plenè es absolutus, vt constat ex *cap. non dubium, de sentent. excomm.* Neque etiam est, vt satisfacias parti læsæ, quia forte nulla pars est, cui sit satisfactio exhibenda, vt contingit in hæresi occulta, & à te solo cognita; sed finis est, vt superior, cui censura illa erat reservata, videat an sufficientem medicinam Confessarius delegatus applicuit, & maiorem imponat, si id expediens iudicauerit. sic Suarez *de penit. disp. 30. sect. 3. num. 6.* & de censur. *disp. 22. sect. 1. num. 82.* Sanchez *num. 77.* Bonacina *num. 13.* & colligitur ex *cap. quamuis, de sentent. excomm. n. 6.* & *cap. de cetero, eodem tit. vbi gloss. verbo susceptorum* & Abbas *num. vlt.* Ex qua doctrina inferunt minus bene Nauar. *cap. 26. num. 26.* & Henriquez *lib. 13. de excomm. cap. 29. num. 3.* affirmasse te liberum esse ab hoc iuramento præstando, si parti satisfeceris, vel à comparando coram superiore, si post præstitum iuramentum satisfactorem exhibuisti: quia finis huius iuramenti, & obligationis, vt dictum est, non est satisfactio partis læsæ; aliis non esset exigendum iuramentum in censuris referuatis, vbi nulla satisfactio partis interuenit, sed finis est, vt te subiectum offendas superiori referuanti pro maiori satisfactio, & pena, si tibi imponendum iudicauerit. sic Couarruias *cap. alma, 1. part. §. 11. num. 13.* Sanchez *num. 18.* & 29. Suarez *de penit. disp. 30. sect. 2.* Bonacina *num. 12.* & alij apud ipsos.

19. Sed quid si ex ignorantia, vel malitia Confessarius non petiuit iuramentum comparandi, manes ne à censura absolutus, & cum obligatione comparandi?

Respondeo manere absolutum, sed cum obligatione comparandi. Priorem partem defendit optime Henriquez *lib. 6. de penitent. cap. 10. num. 11.* Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 35.* Valquez *de excommunicato, dub. 18. num. 4.* Bonacina *disp. 1. de censuris, quest. 3. punct. 3. num. 14.* Ratio est, quia nullibi in iure inuenitur irrita absolutio ob omissionem hanc conditionem, neque id erat conueniens in casu tante necessitatis. Secundam partem defendit Sanchez *num. 30.* sine, quia illa obligatio comparandi non ex voluntate Confessoris, sed ex iure ipso nascitur. Ergo ex obliuione, vel malitia Confessarii cessare non debet. Non caret tamen scrupulo hæc ratio; quia ius non videtur hanc obligationem imponere, aliis in quantum Confessarius medio iuramento exacto imponi; aliis superueniente ob iuramentum exposulatur, si illo secluso haberes obligationem. Credo ergo non in vi iuramenti, sed in vi præcepti, & mandati te obligatum esse, quod satis colligitur ex *c. eos qui, de sentent. excomm. in 6.* vbi nulla est facta mentio de postulatione huius iuramenti, sed absolute dicitur eos, qui à sententia canonis, vel hominis ab alio, quam ab eo, qui de iure tenent absolventi, propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedi-

impedimentum legitimum absoluuntur, si cessante postea peccato, vel impedimento huiusmodi, se illi, à quo his cessantibus absolui debebant, quam citò commode poterunt, contempserint præsentare mandatum ipsius, super illis, pro quibus excommunicati fuerunt, humiliter recepturi, & satisfacturi, pro iustitia suadebat, *decernimus* (ne sic censuræ eludant Ecclesiasticæ) in eandem sententiam incidere ipso iure.

30. Pena imposta non comparatur, cum ad id obligatur, est eodem censuræ, quam antea habebat, ut constat ex *supradicto cap. eos qui*. Eadem, inquam, non nuro, qui eadem numero recurre non poterat: effectus enim semel corruptus naturaliter remanere non potest. Adde illam censuram ex noua causa originari, scilicet ex noua inobedientia, se superiori præsentandi, cum commode poterit. Ergo non potest eadem numero censuræ esse: est tamen ex iuris dispositione eadem in specie, quia est æque ac prior referata, sic Suarez *d. 2. de censur. sect. 1. n. 62.* Sanchez *num. 28. Nauar. cap. 27. num. 277.* Bonacina *num. 16.*

Dices absolutionem censuræ ad reincedentiam differre ab absoluta censuræ absolutione, quòd absoluta absolutio tollit omnino vinculum; absolutio verò ad reincedentiam non tollit vinculum absolutæ, sed sub conditione aliqua præstanda. Ergo si conditionem non præstet, manebis eodem vinculo ligatus; alius si vinculum primum sublatum est, non erit absolutio illius ad reincedentiam, sed absoluta.

Respondet tripliciter te à censuræ absolui posse. Primò absolute: nullo tibi imposto onere satisfaciendi, aut superiori præsentandi, vel si hoc onus impostum sit, non sit impostum nisi aliqua censuræ simili præterita, si hoc modo absoluitis, non absoluitis ad reincedentiam, quia ex omnia satisfactio, aut præsentatio in excommunicationem non re incidit. Secundò absolui potes à censuræ imposto onere te præsentandi superiori, quòd onus imponitur sub aliqua censuræ simili præterita, & hæc absolutio vocatur ad reincedentiam, quia recidit debet in excommunicationem similem, si te præsentare omittis, cum possis. Talis est absolutio data à Summo Pontifice, vel eius Legato, sub onere te præsentandi ordinario, vel alteri à quo penitentiam suscipias, vel iniuriatis satisfactioem exhibere competentem, si cum primum commode poteris, non careris adimplere: constat ex *d. cap. eos qui, de sentent. excommunicat. in 6.* & tradit Suarez *de censur. disp. 7. sect. 8. n. 22.* Nauar. *cap. 27. n. 113.* Auila *2. part. cap. 7. disp. 3. dub. 4. concl. 1.* Bonacina *disp. 1. de censur. q. 3. punct. 3. num. 17.* Nunquam autem in hanc similem censuram incidit absque graui peccato, & communi, quia noua censuræ esse non potest, sine noua causa. Sic Henriquez *lib. 13. cap. 28. num. 2.* Coninch. *disp. 1. de censur. dub. 16. num. 216.* Nauar. *cap. 27. num. 277.* Bonacina *sect. 1. num. 16.* Tertio absolui potes à censuræ non perfectæ, sed imperfectæ, si absoluitis, inquam, ad aliquid effectum, v. g. ad obtinendum beneficium aliquod, cuius in capax eras per censuram, qui modus absolutionis in Bullis Apostolicis frequentissimus est, ne ob censuram effectus priuati literæ. Hæc tamen absolutio mea quidem sententia, non est propriè absolutio censuræ, sed suspensio alicuius effectus illius: nam si censuræ per talem accusationem tolleretur, redire nequaquam posset noua sine nouo peccato, & contumacia. Perseuerat ergo eadem censuræ, & suspenditur eius efficacia quoad illum effectum. Quod suspensio ab alio, quam à Romano Pontifice fieri non potest. Nullus enim alius potest manente censuræ, censuræ effectus limitare, atque adeo nullus potest absolutionem à censuræ hoc modo concedere.

Relat circa hanc tertiam conditionem duplex examinandæ difficultas. Prima, an satisfactio obligationi comparandi, si per procuratorem comparas? Secunda, an excuseris ab hac obligatione, si ab habente priuilegium aliàs absoluedi, absolutionem recipias?

31. Circa primam difficultatem, alij affirmant, alij negant. Probabilius existimo te satisfacere: quia verè tu dicis comparere, quando per procuratorem comparas: ea enim que tuus procurator facit, tu facere censuris, ex text. in *cap. de pœnit. disp. 18. sic Syluest. verb. excommunicatio, §. 8. q. 7.* & ab Annala excommunicatio §. 9. addens sufficere per literas Henriquez *lib. 13. de excommunicat. cap. 29. num. 3.* & *lib. 6. de pœnitent. cap. 9.* Bonacina *disp. 1. de censur. quæst. 3. punct. 3. n. 5.* Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 33.* Ab hac autem generali doctrina excipienda est excommunicatio ob percussione clericis, propter quam nisi iusta causa excuset, teneris personaliter Romam ire, & Pontifici præsentare, quando absolutus es à non habente aliàs facultatem: sic habetur in *cap. quod de his, de sentent. excommunicat. ibi. Caterum ab his in forma Sacramentis regi consueui, ut respiciis viribus: & oportunitate concessa Romanam Ecclesiam in propria persona debeant visitare.* Hoc est, quia nullibi cauetur, & rigores non sunt extendendi, sed limitandi; & temperandi. Sanchez, & Bonac. *suprà.*

32. Secundæ difficultatis solutio facilis est. Respondet si ab habente priuilegium aliàs absoluedi à reconditæ, ut per Bullam conceditur Sacerdoti approbato ad omnia criminata, excepta hæresi, absoluitis, non teneris com-

parere coram referuante; siue tunc primò absoluitis, siue antea fueris absolutus ob vrgentem necessitatem. Quia in tantum teneris comparere, in quantum absoluitis à non habente aliàs facultatem. Ergo si absoluitis sis ab habente aliàs facultatem; cessat omnis obligatio te superiori præsentandi, quia Sacerdos priuilegiatus nomine superioris integre succedit. Aliàs priuilegium ferè nullius esset utilitatis: & ita tenet Sanchez *lib. 2. cap. 13. n. 31. & 32.* Henriquez *lib. 6. cap. 10. n. 5. in comment. lit. G.* Suarez *de pœnit. disp. 30. sect. 1. n. 6.* Bonacina *disp. 1. de censur. quæst. 3. part. 3. num. 15. & 15. & alij.*

§. VI.

Possitne aliquando absolui hæreticus à priuato Sacerdote, de peccatis non referuatis, tacita hæresi.

1. *Explicatur quæstio, & statuitur doctrina certa.*
2. *Proponitur difficultas. & resoluitur probabile esse vrgentem causam recipiendi sacramentum posse hæreticum absolui à nō referuatis, quin se iudicialiter Inquisitoribus præsentet.*
3. *Satisfit euidam obiectioni.*
4. *Quæ reseruetur necessitas vrgens sic dimidiandi confessionem.*

33. Si vera est sententia affirmans Inquisitores habere potestatem absoluedi ab hæresi in foro conscientie, & creditur absoluedo vel petita facultate per Sacerdotem concessuros, nemini dubitum esse potest teneri hæreticum ipsos adire, semel & iterum. Neque posse priuato Sacerdoti confiteri, ab eoque absolutionem impetrare, quia sub graui culpa non potest recipere, nec ministrare sacramentum excommunicatione ionodatus, nisi ob aliquod graue detrimentum excusetur. Quocirca tenetur petere facultatem per se, vel per Confessorem idoneum, scilicet aliquem censorem, vel commissarium, aut alium virum doctum, quibus credendum sit Inquisitores concessuros facultatem. Quòd si Inquisitores particulares denegent facultatem adeat superiorem, si sperat concessurum, quia non potest dimidiare confessionem, cum illi suppetit via integre confitendi: facta autem hac diligentia, & negata facultate absoluedi ab hæresi, quòd prius iudicialiter illam fateatur hæreticus.

34. Dubium est, an, inquam, in hoc casu possit hæreticus confiteri Sacerdoti priuato omnia peccata non referuata, & ab illis absolutionem directè, recipere; & ab hæresi indirectè sperans successu temporis habiturum copiam Confessoris, à quo possit directè absolui à referuata hæresi. Et idem dubium est retenta sententia probabiliori negante Inquisitoribus facultatem absoluedi ab hæresi pro conscientie foro, quia tunc huiusmodi hæreticus non habet viam se absoluedi ab hæresi directè, nisi se coram Inquisitore, & Secretario manifestet, Videtur ergo dicendum posse hæreticum in hoc casu dimidiare confessionem, si grauis vrgeat necessitas hoc sacramentum recipiendi. Ratio est, quia sufficiens causa dimidiandi materialiter confessionem, est, si aliquod graue damnum ex eius integritate tibi proueniat, ut est ferè omnium sententia, cum D. Thom. *in 4. d. 17. q. 3. a. 3. q. 4. ad 5.* quam alius relatus probat Valent. *2. d. 7. quæst. 11. punct. 1. vers. hoc autem.* Suarez *de pœnitent. disp. 23. sect. 2. num. 1.* Valquez *quæst. 91. art. 3. dub. 1.* Sed graue damnum est te obligare ad manifestandum peccatum cotam Inquisitoribus, & Secretario, & scriptum relinquere: ut colligitur ex *supradictis* Doctoribus, & ex ratione manifesta; semper enim reparatum fuit in Ecclesia graue damnum, & occasio sufficiens dimidiandi confessionem, si peccatum alteri, quam Sacerdoti est, vel timetur, reuelandum: hac enim de causa excusatus dicere peccatum, quod manifestare non potes nisi, medio interprete, vel quod times probabiliter Sacerdotem reuelaturum. Item excusatus scribere peccata, quæ alia via manifestare non potes. Ergo non potes obligari pro absolutione sacramentali recipienda ad manifestandum tuum peccatum iudicialiter, siquidem aliis à Confessario obligatus esses peccatum manifestare. Ergo absque hac manifestatione poteris recipere sacramentum dimidiando confessionem, si necessitas vrget illud recipiendi, sicut potes recipere sacramentum dimidiando confessionem, si faciendo integram passurus es graue damnum.

35. Neque obstat Inquisitores iustissimè, & prudentissimè facere nolentes tibi concedere facultatem, ut ab hæresi sacramentaliter absoluitis, quin prius illam iudicialiter manifestes, quia cum ipsi sint iudices pro foro externo, & pro communi bono reipublicæ, vtuntur medio ad hunc finem aptiori. At nemo dubitare potest esse aptius medium ad te hæreticum curandum, præcauendumque ne hæresis serpat, aliòve inficias, iudicialis manifestatio, quam sacramentalis; cum ex sacramentali confessione non possis publicè puniri, & tua punitione, alios in fide continere, neque inde possint complices inquiri, quæ omnia fieri possunt iudiciali confessione. Quocirca Inquisitores non te obligant directè pro sacramentali absolutione

DE
ASTRO
ALAC
TON
II

vt crimen judicialiter prius manifestes; sed nolunt tibi concedere facultatem, vt absoluaris directè ab hæresi, nisi prius facias hanc manifestationem, quod graue repute non debes, cum tibi suppetat medium cum Deo reconciliandi per sacramentum, dimidiando confessionem.

4 Restat ergo difficultas, quæ necessitas reputetur vrgens, vt hanc dimidiatam confessionem facere possis? Alicui videntur solum periculum mortuendi in peccato, quale quilibet habet in omnibus suæ vitæ momentis esse causam sufficientem. Neque obstat per contritionem hoc assecuturâ posse: quia contritio non ita faciliè habetur. Sed hoc nimis latum videtur; aliâ non teneberis semel, & iterum insiltere, vt tibi facultas concedatur ad integrè confitendum, quando sperares illam obtenturum, sed commisso peccato statim coram quolibet sacerdote dimidiare confessionem posses; ne te exponas illi remotissimo periculo mortuendi, quod nequaquam est dicendum. Quocirca illam solum reputarem causam vrgentem, vt dimidiare confessionem posses, cum alias vrgentis præcepto confessionis, quia satisfactio illius præcepti videtur sufficientem occasionem præbere sic dimidiandi. Item cum obligatus es ministrare, vel recipere sacramentum, & dubius existis de contritione; præstat enim tunc securiorem viam eligere, vt dignus ad sacramentum accedas. Quæ omnia censoribus fidei submitto latius tradenda, in tractat. de pœnitent. vbi de casibus referuatis, & in tractat. de excommunicat. quando nam possit recipi sacramentum ab eo, qui excommunicatione innodatus existit.

PUNCTUM IV.

Explicatur pœna irregularitatis; & infamiae hæreticis imposita.

- 1 Priuatur hæreticus sicut excommunicatus officio, & muneribus sacra. item Ecclesiastica sepultura, si notorius sit.
- 2 Non solum publicus hæreticus, sed occultus est irregularis.
- 3 Ab hac irregularitate ex delicto occulto proueniente probabilis est Episcopum absolueri posse.
- 4 Infamia afficit hæreticum, sed debet eius notorium esse delictum, notorietate facti, vel iuris.

1 Non est dubium hæreticum, vt potè excommunicatum, priuatum esse omni officio, & munere, quo excommunicatus priuatus est. Quapropter neque potest sacramenta recipere, neque ministrare, neque actum ordinis exercere, neque alia munia obire; quæ interdiciuntur excommunicato. Quod si moriatur, caret Ecclesiastica sepultura, cap. sicut, de hæret. in fin. & c. excommunicamus, el. 1. credentes, de hæreticis. Extenditur ad hæreticum fautores, & defensores; debet autem hæreticus ita notorie decedere, vt nulla tergiversatione eius malitia celari possit, aliâs priuari non debet sepultura. Quod si non obstant hac notorietate sepelire illum præsumpseris, excommunicatione innodaris, ex cap. quicumque, de hæreticis, in 6. & ibi gloss. & suspensus de hæresi redderis, vt bene omnia probat, pluribusque exornat Farinacius de hæresi, quest. 192. toto §. 3. à num. 38. Irregularitas autem, infamia, & priuatio beneficiorum non excommunicato annexantur, annexantur tamen hæretico, vt videbimus: & licet de his pœnis, specialiter de irregularitate, & infamia in fine tractat. de irregularitate, egi, breuiter doctrinam ibi positam compilabo.

2 Afferui solum notorium hæreticum, sed etiam occultum irregularem esse, cum Syluest. Azor. Suarez Thoma, Sanchez, quibus adde Farinac. de hæresi, q. 192. n. 67. & Pegnam 3. p. direct. comment. 162. circa finem, vers. ad primam. Dixi tamen probabilis esse occultum hæreticum non esse irregularem, eo quod rextus, qui referantur, in quibus hæc irregularitas fundatur, videlicet cap. non si §. item Daniel, 2. q. 7. cap. presbyter, de pœnitent. dist. 5. loquuntur de delicto notorio, & irregularitas non incurritur, nisi in casibus à iure expressis.

3 An verò ab hac irregularitate si contrahatur per delictum occultum possit Episcopus virtute Trident. dispensare? Probabilis defendi ibi cum Farinac. num. 79. posse, morus, quia Concilium non limitauit in irregularitatibus potestatem, sed absolute dixit in omnibus licere Episcopis dispensare, vnicam solum excepit, quæ ex homicidio voluntario nascitur, quæ exceptio firmat concessionem aliarum. Neque ex negatione facultatis absoluendi ab hæresi arguitur negata facultas dispensandi in irregularitate, quia sunt res omnino diuersæ, & à separatis non fit illatio, ex l. Papinian. exul. ff. de minorib. præcipue cum minus quid sit dispensare in irregularitate, quæ non est certa omnino, sed dubia, quam absoluerit ab hæresi certa, & indubitata.

4 Pœna infamiae hæretico ipso iure comitur ex text. in authent. Gazarus, in princ. C. de hæreticis, & ex l. cum sanctos populos, C. de summa Trinitate, & ex cap. excommunicamus, l. §. credentes, de hæreticis, & cap. statutum, 2. de hæreticis, in 6. &

ex c. infames, 6. quest. 1. & aliis pluribus, quæ congerit Farinacius de hæresi, quest. 189. num. 40. Pegna direct. 1. part. comment. 4. in verbo reliquos, vers. his ita positus. Petrus Gregor. syntagm. iuris, lib. 33. cap. 8. num. 3. in fine, & alij.

Credo tamen hanc infamiam perfecte non contrahere hæreticum, quouique eius delictum notorium sit, vel notorietate facti, si factum sit publicum, vel notorietate iuris, si per sententiam omnibus innotescit, sic Bursat. consil. 14. num. 18. & segg. & n. 23. lib. 1. Ioan. Azor. tom. 1. institutionum moralium, lib. 8. cap. 13. q. 7. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 26. n. 1. Farinacius de hæresi, quest. 189. n. 56. Et ratio est, quia infamia est praua alicuius opinio circa plures, quæ esse non potest absque delicti cognitione. Neque obstat hanc infamiam à iure contrahi ob delictum hæresis, contrahitur enim à iure, sed indiget sententia declaratoria criminis, sicut ipso iure sunt bona hæretici confiscata: ex executio confiscationis requirit sententiam saltem declaratoriam criminis. Quod verò aliqui dicunt ex hæresi occultâ contrahi infamiam, quoad effectus, scilicet quoad inhabilitatem ad officia publica, & beneficia: credo hunc effectum non tam ex infamia, quam ex irregularitate, & excommunicatione tali crimini annexa oriri. Vide quæ in tract. de irregul. puni. vlt. de hac pœna dicam.

PUNCTUM V.

De pœna priuationis beneficiorum, & officiorum.

- 1 Hæreticus inhabilis est ad beneficia, & officia publica durante hæresi.
- 2 Ab illa absolutus, & Ecclesia reconciliatus, si publicum fuit delictum, nequit beneficium Ecclesiasticum obtinere, nisi in irregularitate dispensetur. Si occultum fuit delictum, probabile non esse impedimentum.
- 3 Beneficium ritè obtentis, plures Doctores affirmant non esse priuatum ipso iure, sed venire priuandum.
- 4 Probabilis est oppositum.
- 5 Requiritur tamen sententia declaratoria criminis.
- 6 Huius priuationis expeditio multiplex est factus.
- 7 Sed quid si ex toto corde hæreticus conuertatur? Proponuntur varia sententia non esse beneficium priuandum.
- 8 Quid sentiendum sit.
- 9 Priuatur hæreticus aliis officijs, & publicis muneribus.

1 **A**lia pœna præcipua hæreticorum est priuatio beneficiorum, & officiorum ritè acquiritorum, & inhabilitas ad futura. Constat hæc pœna ex cap. vt conuissit §. priuandi, de hæret. in 6. cap. statutum, el. 1. eod. tit. & lib. & tradunt omnes.

Et in primis hæreticum inhabilem esse ad beneficia, & officia publica durante hæresi nemini est dubium, cum sit excommunicatus, & irregularis: & est expressa decisio textus in cap. statutum, el. 1. de hæret. in 6. ibi hæretici ad aliquod beneficium Ecclesiasticum admittantur. Quare collatio beneficii sic facta nulla est, & fructus inde percepti debent restitui ante omnem sententiam, sic Lamberin. de iure patronatus, part. 1. art. 6. quest. 9. Pegna direct. 3. part. quest. 113. comment. 162. in medio. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 13. quest. 8. Sanchez lib. 2. cap. 26. num. 4. Suarez de fide, disp. 21. in fine. Garcia 11. part. de benef. cap. 10. num. 72. & 80. Farinacius de hæresi, quest. 189. num. 71. & alij.

2 Si autem hæresim reliquit, & ab illa fuit absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus, grauis est inter Doctores controuersia an tunc maneat inhabilis ad beneficia, & officia, ita vt nulla reddatur eorum collatio, si illi conferantur ab alio, quam ab eo, qui dispensare potest in contracta inhabilitate? Diuisi sunt Doctores alij. Affirmant, alij negant, vt videri potest in Farinac. de hæresi, q. 189. num. 82. & segg. quest. 193. à num. 66. Distinguendum censio de hæresi occulta, vel publica: si hæresis publica fuit, certum est hæreticum irregularem esse, ac proinde incapacem beneficiorum Ecclesiasticorum, si dispensatio non fit: si autem hæresis occulta fuit, cum probabile sit ex illa non oriri irregularitatem, etiam censio probabile, neque inhabilitatem ad beneficia obtinenda oriri: & nullibi cauentur hanc inhabilitatem ex occulta hæresi iam exclusâ manere, ex text. in cap. statutum vbi imponitur, de hæretico, vt hæretico debet intelligi; non de hæretico pœnitente.

3 Difficultas autem est de beneficiis ritè possessis, an illis hæreticus priuatur ipso iure, an veniat priuandus per sententiam?

Non esse priuatum ipso iure, sed venire priuandum, affirmat Alphonsus de Castro l. 2. de iusta hæreticorum punitione, c. 4. Simancas de cathol. instit. tit. 46. n. 72. Lud. Gomez. reg. de annali possessore, q. 52. Henriquez lib. 13. de excommunicat. c. 56. n. 2. Aragon. 2. quest. 11. art. 3. Valquez l. 2. disp. 172. cap. 2. m. 11. Salzedo in præf. crim. cap. 114. in princ. relictur esse hanc sententiam benigniorem, & forte vtiliorem, et ipse contra hanc sequatur. Auguft. Barbosa loco statim allegando reputat

in rigore iuris veriorum; contrarium tamen dicit esse sequen-
dum. Sanchez affirmat esse probabilem. Probo in casu dubio;

mutationem antea factam infirmari. Adde neque impetrari ab
aliquo posse; hoc enim generale est, quoties beneficium non
vacat ipso iure; bene probat Sanch. lib. 7. de iurim. disp.
42. n. 2. & tradit lib. 2. in Decal. cap. 26. in fin. n. 16.

DE
ASTRO
ALAO
TON
II

sus sic quomodo possessio beneficij transferri potest? Vnum autem est omnino certum, supposito, quod hæreticus priuatus sit ipso iure beneficij, videlicet facta declaratione delicti, rescindi permutationem & resignationem beneficij, & aufertur beneficium ab eo, cui via permutationis, aut simplicis resignationis collatum fuit; quia sententia illa declaratoria habet effectum suspendendi, & inuolidandi omnes actus, qui subsequuti fuerunt à die commissi criminis. Rescissa autem tali renuntiatione, aut permutatione aufertur à resignatario beneficium collatum, ipsæque resignatarius, si loco beneficij ab hæretico accepti aliud illi contulit, potest ad suum pristinum beneficium redire, vel propria autoritate, vel saltem noua adueniente collatione, quia permutatio non habuit effectum, sic Sanchez cum Flamio. *suprà num. 9.* Quartus effectus est priuatio fructuum ex beneficio perceptorum: si enim beneficio priuatur, à fortiori priuari debet fructibus ab eo prouenientibus. Quare adueniente sententia declaratoria criminis, cum omnia bona hæretici confiscentur, & illi fructus confiscati manent: neque allegari potest sibi deberi ob immiserium exhibitum, quia videlicet eam ea habeat, omnibus priuatur. Solum est difficultas, an ante sententiam teneatur ea restituere? Affirmat teneri Azor *tom. 1. lib. 5. cap. 8. quasi 3.* Gonzalez plures referens, *glossa 15. num. 150.* Barbosa *3. part. allegat. 52. num. 154.* Mouentur, quia fructus acquiri non possunt sine titulo beneficij, sed ij hæretici illo carent ratione criminis. Ergo. Neque allegari potest in præsentia bona fides, cum hæretico conseruatur se titulo priuatum esse. Nihilominus probabilis videtur dicendum hæreticum beneficium lucrari fructus beneficij taliter, quod non teneatur illos restituere ante sententiam, sic Sanchez *illo cap. 26. num. 10.* Mouetur, quia ad horum acquisitionem sufficit titulus possessionis, & administrationis legitimæ beneficij, etiam si titulo & proprietate careat, vt contingit in qualibet alia re temporalis fructifera, qua priuatus est ipso iure hæreticus: sicut enim cum hac priuatione comparatur excusatio restituendi rem, & fructus illis ante sententiam, ita in beneficio, & eius fructibus dicendum est. In quo est maxima differentia ab habente sententiam à principio titulum nullum, quia hic, neque possessionem, neque administrationem beneficij legitimam habet, quia hæc fundantur in titulo. At cum titulus in penam delicti perditur, non perditur possessio, neque administratio, & consequenter neque titulus legitimus ad lucrandos fructus. Verum est doctrinæ acquiescam, rationi adherere non possum. Existimo enim priuationem beneficij factam hæretico ante sententiam non esse ita absolutam, & perfectam, vt titulum, & dominium beneficij, altarumque rerum perdat, non enim percipere possum, quomodo beneficium retinere possit, illoque vt, si titulo beneficij scienter careret, neque quomodo possit valide in alium transferre non translatio titulo? Sed existimo esse quandam imperfectam, & conditionalem priuationem, vt adueniente sententia declaratoria criminis censetur à die commissi delicti priuatum beneficio, omnibusque aliis rebus: sic docet Suarez *disp. 21. de fide, sect. 5. num. 19. & 20.* Quæ omnia clara reddentur ex his, quæ de confiscatione bonorum dicemus.

7 Sed quid si clericus hæreticus ex toto corde conuertatur priuandusne est beneficiis, & officiis?
 Duæ sunt sententiæ communes. Prima negat, sic Eymery *director. 3. part. quasi. 113. versic. considerandum. & q. 115. versic. hoc sanè.* Decian. *tractat. crimin. lib. 5. cap. 54. n. 8.* Rebutius *practic. benef. n. 5.* Carter. *in practic. crimin. 4. tractat. de hæretico §. modò qualiter. n. 1.* Archidiacon. Geminian. Philippus Francus, & alij apud Fatinacium *in fragm. verbo clericus, num. 362. & de hæresi quasi. 189. n. 82.* Fundamentum desumitur ex *cap. ad abolendam de hæretico, versic. presenti.* vbi dicitur, si clericus est, totius Ecclesiastici ordinis prerogatiua nuda, & sic omni beneficio, & officio spoliatus Ecclesiastico, secularis relinquatur, arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidem Catholicam unitum sponte recurrere. *Et errorem suum ad arbitrium Episcopi, &c.* Ecce qua ratione si continuo ad fidem reuertitur, non priuatus beneficiis. Sponte dicitur ad fidem reuertitur, quando infra tempus gratiæ venit non monitus re integra, & ante receptas probationes, vt dicit Archidiacon. *in cap. ut commissi de hæretico, in 6. col. 2. ad medium sub n. 3.* Adde Pegnam *2. p. direct. in comm. 8. explicantem supra. c. ad abolendam, & latius 3. p. q. 109. comm. 158.* dicitque hæreticum tunc continuo redire, & conuerti, si ante sententiam diffinitiuam conuertatur, & tunc non esse bona illius confiscanda; consentit Zanchi. *de hæretico. c. 16. n. 7.* ibi Campesius Bernard. *in lucerna, verbo redire, §. 6.* Simancas *de catholicis instit. sit. 47. n. 40.*

Secunda sententia affirmat priuandos omnino esse, & soluta ex dispensatione Pontificis ea retinere posse. sic pluribus confirmat Simancas. *de catholicis instit. c. 47. n. 76. & in Enchirid. sit. 58. n. 4.* Lælius Zechus *in sum. 1. p. sit. de fide, cap. 11. n. 16. in 12. p. Reperit, inquit, verbo cõgneruntur, versic. eum conuertiatur, & alij apud Fatinacium supra.* Mouentur ex concilio Elibertino, *cap. 51.* vbi dicitur ex omni hæresi, qui ad nos fidelis euenit, minime est ad clerum promouendus, vel à qui sunt in

præteritum ordinati, sine dubio deponantur, vbi verbum deponuntur, significat depositionem perpetuam, vt ex glossa, & Conrado, Bruno, & Simanc. notauit Fatinac. *locis allegatis.*

In hac contrarietate distinctionem vitit Fatinac. *suprà sequens Pegnam direct. inquisit. 3. p. q. 113. comm. 162. vers. nos verb.* affirmat namque primam sententiam intelligendam esse de hæretico ad fidem redeunte ante sententiam & antequam receptæ sint probationes, & testibus conuincatur. Secundam de hæretico non sponte, sed potius testibus conuicti, aut post sententiam ad fidem redeunte, variis Doctotibus hanc distinctionem comprobatur.

8 Cæterum iuxta nostram sententiam, quæ affirmat hæreticum ipso iure à die commissi criminis priuatum esse beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, dicendum est primo ea retinere non posse, nisi ex dispensatione Pontificis, si crimen eius declaratum est, quantumcumque ante declarationem penituerit, & in hoc contentio cum secunda sententia, & eam tradit Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 26. n. 13.* Et ratio est manifesta à iure facta declaratione delicti contrahit hæreticus penam à iure delicta statutas. Sed vna est priuatio ipso facto beneficiorum. Ergo. Item ex Bulla Pij V. relata, referuntur Sedi Apostolicæ quæcumque beneficia ob hæresim vacantia, sed omnino vacant beneficia saltem hæresi declarata. Ergo secundo dicendum est, si hæreticus sponte fuerit conuersus, seu antequam lapsus monitus fuerit, & testibus conuictus, conuenientissimum esse, vt à Sede Apostolica beneficia reddantur, quia hæc gratia alio conuictionem maturabit. Et in hoc sensu explicandus est text. *in cap. ad abolendam de hæretico, cum dicit non esse Ecclesiasticis officiis, & beneficiis clericum priuandum, si continuo, & sponte ad fidem reuertitur.* Adde huiusmodi textum non de priuatione simpliciter beneficiorum loqui, sed de priuatione per degradationem contingit, siquidem secularis relinquatur arbitrio potestatis puniendus, quam degradationem noluit textus admittere in eo, qui citò, & sponte ad fidem reuertitur.

9 Ad hanc penam priuationis beneficiorum reduci potest quæ traditur *in cap. quicumque §. ad hæc de hæretico, in 6. vbi dicitur quoscumque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi personarum, (nimirum hæreticorum, vel credentium, receptorum, defensorum, vel fautorum eorum) dignitates, personatus, & quæcumque alia Ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes quòd tales & habebis careant perpetuo, nisi receperunt illa sententia, ad alia, vel similia nequaquam in posterum admittantur.* Circa, quam penam aduerte primo preces debere esse efficaces, ita vt ex vi illarum obtineatur beneficium. Secundo recipientem beneficium debere scire ad preces hæreticorum sibi beneficium datum esse. His ergo conditionibus existentibus perpetuo priuatur recipiens beneficiis sic acquisitis, & inhabilis redditur ad alia, vel similia in posterum obtinenda. Alicui tamen videti posset non esse inhabilem ipso iure ad alia, & similia beneficia obtinenda, sed illa recipere posse, si conferantur, siquidem textus solum dicit, ne ad beneficia admittantur, non tamen irritat, neque annullat admissionem.



DISPUTATIO V.

De pœnis temporalibus hæreticorum, præcipue de confiscatione bonorum.

ARIE sunt hæc pœna, sed omnium præcipua, ex qua reliquæ oriuntur, est bonorum amissio. De hac ergo aliquantulum latius agemus, quia communis est aliis criminibus. Circa quam examinandum sit, & qui sint eius effectus. Deinde quæ personas comprehendat, & qui cum facere possint. Tandem loquemur de aliis pœnis temporalibus quibus hæretici afficiuntur.

PUNCTVM I.

Sitne pena confiscationis bonorum hæreticis imposta.

- 1 Iure ciuili, & Ecclesiastico hæc pœna statuta est.
- 2 In executione huius pœna leges canonice præferenda sunt ciuilibus.

Hæc pœna confiscationis solent hæretici, vt potest ab æterna vita, & spiritualibus bonis alieni, & temporalibus immergi, magis timere. Quapropter tam Imperatores Christiani, quam Pontifices variis suis decretis eam stabilire procurant; vt videre est in *l. Manichæos, C. de hæresi, ibi, quos bonorum*